6. *rerum moventium*] 'fahrende Habe', juristischer Terminus (*rerum mobilium*): Gell. 11, 18, 13; Dig. 33, 10, 2 u. 39, 5, 35. Es findet sich dafür in den Dig. auch *moventia,* wie *gignentia* zweimal bei Sallust 'Gewächse' bedeutet (Iug. 79, 6 u. 93, 4). *moveo* findet sich bei Livius oft im Sinne von *proficiscor.*

sit] 'aus . . . bestehe'. 21, 60, 8 (zu Kap. 21, 14).

urbis . . . fieri] Nach *tacere* folgt zunächst *quod,* dann der richtigere Acc. c. Inf., damit die Periode nicht zu schwerfällig werde.

7. *ea*] = *de ea re,* 'darüber', eine im Lateinischen sehr häufige Verkürzung des Ausdrucks. Kap. 29, 2.

delegata] Vgl. Kap. 20, 9.

eius] Gen. part. abhängig von *quod,* nur bei Livius vorkommend, = 'hievon', indem der Zusammenhang ergiebt, dafs von *urbs agerque* die Rede ist. An allen andern Stellen mit *quod eius* bezieht sich *eius* auf einen vorhergehenden Substantivbegriff (31, 4, 2; 38, 23, 10 u. 54, 3; 39, 7, 5 u. 45, 7; vgl. 42, 8, 7). Kap. 34, 5 dagegen ist *eius* nicht von *quod* abhängig.

partem] mit Nachdruck vor *decimam* gestellt (vgl. dagegen Kap. 21, 2; 23, 8; 24, 10). Die Frage war die, ob dem Apollo ein Anteil gehöre oder nicht; es konnte ja kein anderer Teil gemeint sein als der zehnte.

8. *venit*] näml. damit der zehnte Teil ihres Wertes festgesetzt u. an den pythischen Apollo entrichtet werden könne.

pollicitae] scil. *sunt,* wie vorher bei *prompta* und *datum* ein *est* zu ergänzen ist, § 13 *sunt* bei *adnisi.*

9. *ut quae maxime . . . umquam*] Vgl. Cic. ad fam. 13, 62 *te semper sic colam et tuebor, ut quem diligentissime;* Liv. 7, 33, 5 *proelium, ut quod maxime umquam, pari spe utrimque commissum est;* 23, 49, 12 *provincia, ut quae maxime omnium, belli avida.*

pilento] Das *pilentum* war ein vierräderiger, das *carpentum* ein zweiräderiger Reisewagen.

profesto] ungewöhnlich substantiviert, = *die profesto,* 'Werktag'. 34, 3, 9 *ut carpentis festis profestisque diebus per urbem vectemur.*

10. *pecuniae*] Plur., 'Geldsummen', welche den einzelnen Damen vergütet wurden.

11 Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem
tribuni plebis; incitatur multitudo in omnes principes, ante
12 alios in Camillum: eum praedam Veientanam publicando sa-
crandoque ad nihilum redegisse. absentes ferociter increpant;
praesentium, cum se ultro iratis offerrent, verecundiam habent.
13 simul extrahi rem ex eo anno viderunt, tribunos plebis latores
legis in annum eosdem reficiunt. et patres hoc idem de inter-
cessoribus legis adnisi. ita tribuni plebis magna ex parte
iidem refecti.

26 Comitiis tribunorum militum patres summa ope evicerunt,
ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella simulabant
parari ducem; sed largitioni tribuniciae adversarius quaerebatur.
2 cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate L. Fu-
rius Medullinus sextum, C. Aemilius, L. Valerius Publicola,
Sp. Postumius, P. Cornelius iterum.

3 Principio anni tribuni plebis nihil moverunt, donec M. Fu-
rius Camillus in Faliscos, cui id bellum mandatum erat, pro-
ficisceretur. differendo deinde elanguit res, et Camillo, quem
4 adversarium maxime metuerant, gloria in Faliscis crevit. nam
cum primo moenibus se hostes tenerent, tutissimum id rati,
populatione agrorum atque incendiis villarum coëgit eos egredi
5 urbe. sed timor longius progredi prohibuit. mille fere pas-
suum ab oppido castra locant, nulla re alia fidentes ea satis
tuta esse quam difficultate aditus asperis confragosisque circa

11. *simul*] = *simulatque,* bei Cicero u. Cäsar selten, bei Livius häufig. § 13.

remiserunt] 'erleichtern'. Kap. 41, 4.

ante alios] = *praeter ceteros.*

12. *publicando*] Vgl. Kap. 22, 1.

ad nihilum redegisse] 'habe ... auf nichts heruntergebracht'. Vgl. Lucr. 1, 791 *ne res ad nilum redigantur;* Cic. Phil. 7, 27 *ad nihilum recidere.*

13. *in annum*] 'auf ein Jahr' (4, 25, 8 u. 55, 6; 37, 2, 11), = *in insequentem annum* (3, 14, 6).

adnisi] mit dem Objekt *hoc idem.* Vgl. 22, 58, 3 *et se id adniti, ut* etc. Sonst wird *adnitor* entweder mit *ut* (ohne *id*) konstruiert (Sall. Iug. 85, 6; Liv. 1, 9, 15; 6, 6, 9; 8, 16, 4), oder mit dem Inf. (Kap. 29, 1; 9, 26, 15; 10, 41, 7).

Kap. **26**—**28**. Das Jahr 360 der Stadt (394 v. Chr.): Unterwerfung von Falerii; Absendung des Geschenkes für den pythischen Apollo; Krieg mit den Äquern.

26. 1. *crearetur*] näml. *tertium.* Vgl. Kap. 14, 5.

largitioni] 'Spendung', d. h. Antrag auf Verteilung von Staatsland im Gebiet von Veji.

2. *L. Furius*] Vgl. Kap. 14, 5.

C. Aemilius] Er bekleidete dasselbe Amt 391, *L. Valerius* (Sohn des L. Valerius Potitus; Kap. 1, 2) 389, 387, 383, 380.

P. Cornelius] ob *Scipio* oder *Cossus* (vgl. Kap. 24, 1), ist nicht zu entscheiden.

3. *elanguit*] 'geriet ins Stocken, schlief ein'. Das Wort findet sich nicht vor Livius.

Camillo] Dat. comm., nachdrücklicher als der Gen.

5. *passuum*] Der Gen. nach *mille* findet sich bei Livius oft.

circa] = *iis* (*locis*), *quae circa erant.*

et partim artis partim arduis viis. ceterum Camillus captivum 6
indidem ex agris secutus ducem castris multa nocte motis prima
luce aliquanto superioribus locis se ostendit. triarii Romani 7
muniebant, alius exercitus proelio intentus stabat. ibi impedire
opus conatos hostes fundit fugatque; tantumque inde pavoris
Faliscis iniectum est, ut effusa fuga castra sua, quae propiora
erant, praelati urbem peterent. multi caesi vulneratique, prius- 8
quam paventes portis inciderent. castra capta; praeda ad quae-
stores redacta cum magna militum ira; sed severitate imperii
victi eandem virtutem et oderant et mirabantur. obsidio inde 9
urbis et munitiones et interdum per occasionem impetus oppi-
danorum in Romanas stationes proeliaque parva fieri, et teri
tempus neutro inclinata spe, cum frumentum copiaeque aliae
ex ante convecto largius obsessis quam obsidentibus sup-
peterent. videbaturque aeque diuturnus futurus labor ac Veis 10
fuisset, ni fortuna imperatori Romano simul et cognitae rebus
bellicis virtutis specimen et maturam victoriam dedisset.

6. *indidem ex agris*] = *ex iisdem agris.* Vgl. 25, 15, 7 *indidem ex Achaia oriundi;* 28, 1, 6 *ducibus indidem ex Celtiberia transfugis;* 39, 12, 1 *Hispalam indidem ex Aventino libertinam.* Nep. Epam. 5, 2 *Meneclidem quendam indidem Thebis.*

7. *muniebant*] absolut, wie Kap. 1, 8. Vgl. 7, 23, 7 *triarii erant, qui muniebant.*

intentus] bei Livius oft mit dem Dativ des Zweckes: 3, 26, 9 *operi;* 4, 37, 4 *exercitui scribendo;* 1, 53, 5 *operibus;* 1, 56, 1 *perficiendo templo*; 2, 37, 5 *spectaculo;* 25, 2, 3 *bello.* Sonst setzt er zu intentus auch *ad* u. *in,* wie andere Prosaiker. Vgl. Sall. Iug. 76, 2 *oppidanos proelio intentos.*

fundit fugatque] eine bei Livius sehr häufige Wortverbindung zur Bezeichnung eines entscheidenden Sieges.

castra sua praelati] = *praeter castra sua praeterlati.* Das Verbum *praeterferri* kommt nur an zwei Stellen vor: Lucr. 4, 571 u. Livius 21, 55, 9 (*simul latebras eorum improvida praeterlata acies est*). 6, 29, 3 u. 7, 24, 8 wird *praeferri* mit *praeter* verbunden (*praeter castra etiam sua praelati*). Sonst steht es absolut (2, 14, 7; 29, 32, 8). Ebenso steht *praefluere* 1, 45, 6 im Sinne von *praeterfluere* (41, 11, 3) u. mehrmals *praevehi* statt des oft vorkommenden *praetervehi.*

8. *vulneratique*] = *aut vulnerati.* 3, 55, 13. 8, 13, 5. 10, 9, 5.

inciderent] näml. *in urbem,* mit Abl. des Weges *portis* (= *per portas*). 3, 3, 3 *pavidi incidentes portis.*

ad quaestores] Vgl. Kap. 19, 8.

9. *obsidio*] Auch dazu ist fieri ('fanden statt') als Prädikat zu beziehen.

teri tempus] eine bei Livius überaus häufige allitterierende Verbindung.

ex ante convecto] 'infolge früherer Zufuhr'. Vgl. 4, 22, 3 *frumentum abunde ex ante convecto sufficiebat*; Kap. 13, 1.

10. *fuisset*] Konj., um auch den Vergleichungssatz mit *videbatur* in Verbindung zu setzen.

ni] kurz statt *et diuturnus fuisset, ni;* oder *ni . . . dedisset* ist = *sed . . . dedit.* Solche Sätze mit *ni,* wo eine eigentliche Bedingung nicht stattfindet, sind bei Livius nicht selten, z. B. 3, 1, 4 *atrox certamen aderat, ni Fabius rem . . . expedisset*; 4, 52, 5 *iam fames quam pestilentia tristior erat, ni dimissis circa omnes populos legatis . . . annonae foret subventum.* Kap. 36, 1.

simul et . . . ea] enge Zusammenfassung der beiden Folgen des einen

27 Mos erat Faliscis eodem magistro liberorum et comite uti,
simulque plures pueri, quod hodie quoque in Graecia manet,
unius curae demandabantur. principum liberos, sicut fere fit,
2 qui scientia videbatur praecellere, erudiebat. is cum in pace
instituisset pueros ante urbem lusus exercendique causa pro-
ducere, nihil eo more per belli tempus intermisso, modo bre-
vioribus, modo longioribus spatiis trahendo eos a porta, lusu
sermonibusque variatis longius solito, ubi res dedit, progressus
inter stationes eos hostium castraque inde Romana in prae-
3 torium ad Camillum perduxit. ibi scelesto facinori scelestiorem
sermonem addit: Falerios se in manus Romanis tradidisse,
4 quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in
potestatem dediderit.
5 Quae ubi Camillus audivit, 'non ad similem' inquit 'tui
nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto
6 munere venisti. nobis cum Faliscis, quae pacto fit humano,
societas non est; quam ingeneravit natura utrisque, est

günstigen Zufalls: Der Verrat des Schulmeisters verlieh dem Camillus zugleich sowohl eine Probe seiner bereits im Kriege erkannten Tüchtigkeit, welche sich nicht eines Verräters bedienen mochte, als auch einen raschen Sieg durch freiwillige Unterwerfung der Belagerten.

27. 1. *mos erat*] bei Namen von Völkern u. Personen mit dem Dativ (Kap. 39, 1), bei Kollektiven mit dem Gen. (Kap. 28, 3. 21, 20, 1). Zu *mos est* setzt Livius meistens den Infinitiv, Cicero in der Regel *ut*.

eodem] = *eodem homine.*

liberorum] So wird der Gen. bei zwei Substantiven zuweilen gestellt: Kap. 35, 5 *socios populi Romani atque amicos.*

uti] In Rom dagegen unterrichtete wohl ein Lehrer die Kinder mehrerer Familien (vgl. 3, 44, 6); aber zur Beaufsichtigung derselben hielt gegen das Ende der Republik jeder vornehmere Römer einen Pädagogen.

sicut fere fit] Gewöhnlich heifst es blofs: *ut fit* (Kap. 32, 7), selten *ut fere fit* (1, 46, 7), *ut plerumque fit* (4, 52, 4; 21, 4, 1).

2. *lusus exercendique causa*] = *ut luderent et exercerentur* (d. h. *corpora exercerent*).

trahendo] = *cum traxisset,* ein Mittel zu *progressus,* aber vor diesem vergangen.

dedit] scil. *id.* Vgl. 28, 5, 9 *prout tempus ac res sineret.*

inter] 'mitten in . . . hinein'. Man erwartet: *inter stationes* (Kap. 46, 1) . . . *et per castra.*

4. *quando*] kausal, = *quando quidem.* Vgl. Kap. 13, 5.

capita] = *principes.* 1, 52, 4 *capita nominis Latini*; 28, 35, 12 *caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse.*

in potestatem] scil. *eorum.* So finden sich ohne Angabe der die Gewalt besitzenden Person: *in potestate esse* (25, 20, 2; 35, 42, 4), *in potestatem venire* (8, 20, 6 u. 25, 4; 9, 38, 1), *in p. dare* (8, 24, 8).

6. *quae*] = *qualis.* Der Verbindung, welche durch einen Vertrag zwischen zwei Staaten geschlossen und auf besondere Rechtsbestimmungen gegründet wird, steht die natürliche Vereinigung gegenüber, welche auf dem allgemeinen Völkerrecht beruht. So wird 4, 19, 3 der Vejenterkönig Tolumnius, welcher die Fidenaten zum Abfall von Rom und zur Ermordung einer römischen Gesandtschaft überredet hatte, bezeichnet als *ruptor foederis humani violatorque gentium iuris.*

eritque. sunt et belli sicut pacis iura; iusteque ea non minus
quam fortiter didicimus gerere. arma habemus non adversus 7
eam aetatem, cui etiam captis urbibus parcitur, sed adversus
armatos et ipsos, qui nec laesi nec lacessiti a nobis castra
Romana ad Veios oppugnarunt. eos tu, quantum in te fuit, 8
novo scelere vicisti; ego Romanis artibus, virtute, opere, armis,
sicut Veios, vincam.' denudatum deinde eum manibus post 9
tergum inligatis reducendum Falerios pueris tradidit, virgas-
que eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit.
Ad quod spectaculum concursu populi primum facto, deinde 10
a magistratibus de re nova vocato senatu tanta mutatio animis
est iniecta, ut, qui modo efferati odio iraque Veientium exi-
tum paene quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem
universa posceret civitas. fides Romana, iustitia imperatoris 11
in foro, in curia celebratur; consensuque omnium legati ad
Camillum in castra atque inde permissu Camilli Romam ad
senatum, qui dederent Falerios, proficiscuntur. introducti ad 12
senatum ita locuti traduntur: 'Patres conscripti, victoria, cui
nec deus nec homo quisquam invideat, victi a vobis et im-
peratore vestro dedimus nos vobis, rati, quo nihil victori pul-
chrius est, melius nos sub imperio vestro quam legibus
nostris victuros. eventu huius belli duo salutaria exempla 13
prodita humano generi sunt; vos fidem in bello quam prae-
sentem victoriam maluistis, nos fide provocati victoriam ultro

ea] = *bella*, aus dem betonten *belli* (= *bellorum*) zu entnehmen.

7. *adversus armatos et ipsos*] 'nur gegen diejenigen, welche gleichfalls bewaffnet sind', näml. wie wir.

oppugnarunt] Kap. 8, 7 u. 13, 9.

8. *Romanis artibus*] durch die bei den Römern üblichen Mittel, nach Römer Art.

opere] kollektiv: Belagerungswerke (vgl. Kap. 5, 8).

10. *Capenatium pacem*] Kap. 24, 3.

mallent] Konj. trotz vorausgehendem *paene* wegen des adversativen Verhältnisses zwischen dem Relativsatz und dem Hauptsatz (vgl. Kap. 37, 1; 2, 34, 10; 24, 5, 3; 25, 41, 11).

apud eos etc.] nachdrucksvoller als: *omnes pacem poscerent*.

11. *fides*] 'Redlichkeit'. § 13.

iustitia] mit Bezug auf die *iura belli*. § 6.

ad Camillum] mit Nachdruck vor *in castra* gesetzt.

12. *ad senatum*] vor den S. (3, 4, 6), in den späteren Büchern *introduci in senatum* (7, 30, 1; 10, 45, 4; 22, 37, 2), *in curiam* (22, 1, 14).

cui ... invideat] weil der Sieg durch Edelmut errungen wurde. Der Konjunktiv ist nicht etwa als Wunsch zu fassen, sondern wie Kap. 44, 4.

legibus] Auch hiemit ist *sub* zu verbinden, obwohl sonst nach *quam* die Präpositionen wiederholt werden; *sub legibus vivere* findet sich auch Liv. 21, 3, 6 u. Iustin. 31, 1, 8.

13. *praesentem*] 'augenblicklich', d. h. in einem Augenblick zu erlangen, aber auch nur für den Augenblick vorteilhaft (Kap. 5, 12).

provocati] 'herausgefordert', zum edlen Wetteifer. Cic. de offic. 1, 48 *quidnam beneficio provocati facere debemus?*

14 detulimus. sub dicione vestra sumus; mittite, qui arma, qui
obsides, qui urbem patentibus portis accipiant. nec vos fidei
15 nostrae nec nos imperii vestri paenitebit.' Camillo et ab
hostibus et a civibus gratiae actae. Faliscis in stipendium
militum eius anni, ut populus Romanus tributo vacaret, pe-
cunia imperata. pace data exercitus Romam reductus.

28 Camillus meliore multo laude, quam cum triumphantem
albi per urbem vexerant equi, insignis, iustitia fideque hosti-
bus victis, cum in urbem redisset, taciti eius verecundiam non
2 tulit senatus, quin sine mora voti liberaretur; crateramque
auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Vale-
rius, L. Sergius, A. Manlius missi longa una nave, haud pro-
cul freto Siculo a piratis Liparensium excepti devehuntur
3 Liparas. mos erat civitatis velut publico latrocinio partam
praedam dividere. forte eo anno in summo magistratu erat
4 Timasitheus quidam, Romanis vir similior quam suis, qui le-
gatorum nomen donumque et deum, cui mitteretur, et doni
causam veritus ipse multitudinem quoque, quae semper ferme

14. *qui ... qui ... qui*] steigernde Anaphora. — Dafs dies wirklich geschehen sei, brauchte nicht bemerkt zu werden.

15. *stipendium*] mit zwei Genetiven: *militum* und *eius anni* (vgl. Kap. 32, 5).

vacaret] Somit wurde das Tributum erst gegen Ende des Jahres eingefordert, wenn andere Mittel nicht vorhanden waren.

pace data] Trotz ihrer freiwilligen Unterwerfung behielten die Falisker ihre politische Selbständigkeit. Im J. 357 v. Chr. wurden sie wieder in einen Krieg mit Rom verwickelt (7, 16, 2), und 351 erhielten sie *indutias in quadraginta annos* (7, 22, 5).

28. 1. *multo*] Abl. mensurae hinter den Komparativ gestellt; vgl. Kap. 22, 8.

vexerant] Ind. Plusqpf. bei *cum* zur Angabe der Zeit, auch bei Cicero vorkommend: 9, 33, 3; 22, 60, 25; 24, 7, 2; 26, 40, 17; 27, 44, 1; 28, 2, 1; 44, 10, 1; 45, 34, 11.

verecundiam] die Scheu, Zurückhaltung des Camillus, welcher den Senat nicht durch eine Mahnung, das Gelübde zu erfüllen, verletzen wollte.

voti liberaretur] Subjekt ist Camillus. Über den Gegensatz *voti damnari* vgl. Kap. 25, 4. Auch 41, 19, 6 steht bei *liberare* ein Gen. (*senatus nec liberavit eius culpae regem neque arguit*), sonst in der ganzen röm. Litteratur niemals.

2. *donum*] Vgl. Kap. 25, 10.

L. Valerius] Potitus (Kap. 1, 2) oder *Publicola* (Kap. 26, 2).

L. Sergius] Vgl. Kap. 16, 1.

A. Manlius] Vgl. Kap. 8, 1.

longa una nave] die erste Erwähnung eines römischen Kriegsschiffes. Nach Plutarch (Cam. 8) wurde dasselbe von den Liparensern für ein etruskisches Seeräuberschiff gehalten.

Lipăras] die gröfste der liparischen oder äolischen Inseln (21, 49, 2), mit gleichnamiger Stadt, gewöhnl. Sing. *Lipara* (jetzt *Lipari*).

3. *mos erat civitatis*] Vgl. zu Kap. 27, 1.

4. *nomen*] die Eigenschaft, den Charakter von Gesandten.

causam] weil das Geschenk zur Erfüllung eines dem Apollo dargebrachten Gelübdes bestimmt war.

regenti est similis, religionis iustae implevit; adductosque in
publicum hospitium legatos cum praesidio etiam navium Del-
phos prosecutus Romam inde sospites restituit. hospitium 5
cum eo senatus consulto est factum donaque publice data.

Eodem anno in Aequis varie bellatum, adeo ut in incerto
fuerit et apud ipsos exercitus et Romae, vicissent victine es-
sent. imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Aemi- 6
lius, Sp. Postumius. primo rem communiter gesserunt; fusis
inde acie hostibus Aemilium praesidio Verruginem obtinere
placuit, Postumium fines vastare. ibi eum incomposito ag- 7
mine neglegentius ab re bene gesta euntem adorti Aequi ter-
rore iniecto in proximos compulere tumulos; pavorque inde
Verruginem etiam ad praesidium alterum est perlatus. Postu- 8
mius suis in tutum receptis cum contione advocata terrorem
increparet ac fugam — fusos esse ab ignavissimo ac fuga-
cissimo hoste —, conclamat universus exercitus merito se ea
audire et fateri admissum flagitium, sed eosdem correcturos
esse, neque diuturnum id gaudium hostibus fore. poscentes, 9
ut confestim inde ad castra hostium duceret — et in con-
spectu erant posita in plano —, nihil poenae recusabant, ni
ea ante noctem expugnassent. collaudatos corpora curare para- 10

regenti] scil. *eam* 'dem Herrscher'.

religionis] Zu *implere* setzt Livius zuweilen (aber nie zu *complere*) den Gen. abstrakter Begriffe (1, 46, 8; 3, 63, 10; 4, 41, 7; 7, 7, 5; 10, 14, 20 u. a.), doch auch den Abl. Diese Verbindung mit dem Gen. (ein Gräcismus) findet sich schon bei Plautus.

hospitium] 'Herberge', hier das 'Stadthaus', in welchem die vom Staate anerkannten Gastfreunde aufgenommen und auf öffentliche Kosten verpflegt werden.

5. *in Aequis*] Mit ihnen war erst vor zwei Jahren Friede geschlossen worden (Kap. 23, 12).

in incerto] = *incertum*. — Bei Adjektiven der 2. Dekl. setzt Livius nach *esse* zuweilen *in* mit Abl. Neutr. Sing. (z. B. praef. 3 *in obscuro*; 2, 3, 1 *in dubio*; 3, 10, 13 *in integro*), selten bei Adj. der 3. Dekl. (z. B. 3, 8, 9 *cum exitus haud in facili essent*).

6. *Verruginem*] ein im 4. Buch mehrmals erwähntes Kastell. Nach 4, 55, 8 u. 58, 3 lag es aber im Lande der Volsker, und da einerseits die Äquer von den Volskern durch das Land der Herniker getrennt sind, anderseits Tusculum weit von den Grenzen des Volskerlandes entfernt ist, so haben die hier erzählten Vorgänge zu Verrugo geringe Wahrscheinlichkeit.

7. *ab re bene gesta*] *ab* 'infolge'. Vgl. 3, 61, 13 *Sabini feroces ab re priore anno bene gesta*; 4, 31, 9 *exercitu ab re male gesta perculso*; 23, 36, 2 *ab re bene gesta insolenter laetum exercitum*. Kap. 5, 3.

ad praesidium alterum] Richtiger wäre: *ad alterum exercitum, qui in praesidio erat*.

8. *fateri*] nicht Inf. histor.

eosdem] sie ... auch.

9. *duceret*] = *pergeret*. Livius gebraucht *ducere* oft intransitiv (vgl. ἄγειν), Cäsar stets mit einem Objekt (*exercitum, copias*): 1, 23, 5 u. 27, 4; 2, 39, 5; 9, 35, 1; 21, 58, 2; 22, 12, 2; 23, 18, 13 u. 42, 9; 31, 38, 2.

et] eine erklärende Nebenbemerkung einleitend (21, 12, 7; 22, 1, 19).

10. *corpora curare*] 'sich zu stär-

tosque esse quarta vigilia iubet. et hostes, nocturnam fugam
ex tumulo Romanorum ut ab ea via, quae ferebat Verrugi-
nem, excluderent, fuere obvii; proeliumque ante lucem — sed
luna pernox erat — commissum est, et haud incertius diurno
11 proelium fuit. sed clamor Verruginem perlatus, cum castra
Romana crederent oppugnari, tantum iniecit pavoris, ut ne-
quiquam retinente atque obsecrante Aemilio Tusculum palati
12 fugerent. inde fama Romam perlata est Postumium exer-
citumque occisum. qui, ubi prima lux metum insidiarum
effuse sequentibus sustulit, cum perequitasset aciem promissa
repetens, tantum iniecit ardoris, ut non ultra sustinuerint im-
13 petum Aequi. caedis inde fugientium, qualis ubi ira magis
quam virtute res geritur, ad perniciem hostium facta est; tri-
stemque ab Tusculo nuntium nequiquam exterrita civitate
litterae a Postumio laureatae sequuntur, victoriam populi Ro-
mani esse, Aequorum exercitum deletum.

29 Tribunorum plebis actiones quia nondum invenerant finem,
et plebs continuare latoribus legis tribunatum et patres refi-
cere intercessores legis adnisi sunt; sed plus suis comitiis

ken', was den Soldaten oft vor Schlachten und Märschen befohlen wird; 3, 2, 10 näher bestimmt durch *cibo somnoque.* Kap. 45, 1.

ab ea via] auf der Seite des Weges, d. h. auf der Seite, wo der Weg u. s. w.

ferebat] Vgl. 7, 30, 22; *viam hinc ferentem*; 8, 8, 19 *qua via ad Veserim ferebat.*

luna pernox] 'eine mondhelle Nacht': 21, 49, 9; Ov. Met. 7, 268. Das Wort *pernox* findet sich vor Livius nicht.

haud incertius ... fuit] d. h. man konnte im Mondschein mit gleicher Sicherheit einen Feind treffen oder seinen Schlag abwehren, wie in einem Kampf bei Tage.

11. *sed* hebt den Gegensatz zu *haud ... fuit* hervor: aber, obwohl die helle Nacht einen regelrechten Kampf gestattete, konnte man dies doch in der Ferne nicht wissen und aus dem Geschrei nur vermuten, *castra oppugnari.*

12. *qui*] auf die Hauptperson zu beziehen, als hieße es: *Postumium cum exercitu.*

sequentibus] Dat. commodi zu *sustulit*, 'für rasch Verfolgende', d. h. 'bei einer raschen Verfolgung'.

sustinuerint] Dagegen § 11 *fugerent.* In Folgesätzen, welche von einem Präteritum abhangen und eigentlich mit der Gegenwart des Redenden nicht in Beziehung stehen, hat Cicero nur viermal den Konj. Perf., Cäsar fünfmal, Livius 69 mal (nach Dräger).

13. *caedis*] seltene Nominativform statt *caedes.*

qualis] elliptisch, = *qualis fieri solet.* 3, 62, 6.

litterae laureatae] Ebenso meldet 45, 1, 6 Ämilius Paulus seinen Sieg über Perseus durch ein mit Lorbeerreisern geschmücktes Schreiben nach Rom. Vgl. Plin. n. h. 15, 133 *laurus Romanis praecipue laetitiae victoriarumque nuntia additur litteris.*

Kap. **29—30.** Das Jahr 361 der Stadt (393 v. Chr.): Innere Streitigkeiten; Verlust von Vitellia; Teilung des vejentischen Landes.

29. 1. *finem*] 'Erledigung'. Der Satz weist auf Kap. 26, 3 zurück.

adnisi sunt] mit Inf.; vgl. Kap. 25, 13.

suis comitiis] in den Tributkomitien, in welchen die Plebs, wenn sie gegen die Zumutungen der Pa-

plebs valuit. quem dolorem ulti patres sunt senatus con- 2
sulto facto, ut consules, invisus plebi magistratus, crearentur.
annum post quintum decimum creati consules L. Lucretius
Flavus, Ser. Sulpicius Camerinus.

Principio huius anni ferociter, quia nemo ex collegio 3
intercessurus erat, coortis ad perferendam legem tribunis plebis
nec segnius ob id ipsum consulibus resistentibus omnique ci-
vitate in unam eam curam conversa, Vitelliam coloniam Ro-
manam in suo agro Aequi expugnant. colonorum pars ma- 4
xima incolumis, quia nocte proditione oppidum captum liberam
per aversa urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lu- 5
cretio consuli ea provincia evenit. is cum exercitu profectus
acie hostes vicit, victorque Romam ad maius aliquanto cer-
tamen rediit.

Dies dicta erat tribunis plebi biennii superioris A. Ver- 6
ginio et Q. Pomponio, quos defendi patrum consensu ad fidem
senatus pertinebat; neque enim eos aut vitae ullo crimine alio
aut gesti magistratus quisquam arguebat, praeterquam quod
gratificantes patribus rogationi tribuniciae intercessissent.
vicit tamen gratiam senatus plebis ira, et pessimo exemplo 7
innoxii denis milibus gravis aeris condemnati sunt. id aegre
passi patres.

Camillus palam sceleris plebem arguere, quae iam in 8
suos versa non intellegeret se pravo iudicio de tribunis inter-
cessionem sustulisse, intercessione sublata tribuniciam pote-

trizier zusammenhielt, die grofse Mehrheit der Stimmen besafs.

2. *quem dolorem*] = *dolorem de ea re*. Kap. 25, 7.

senatus consulto] Vgl. zu Kap. 1, 2. Im J. 409 v. Chr. waren die letzten Konsuln im Amte gewesen.

L. Lucretius] Er war nachher viermal Konsulartribun (391, 388, 383, 381), *Ser. Sulpicius* einmal (391).

3. *Vitelliam*] zu Kap. 24, 4 erwähnt.

4. *captum*] 'der Umstand, dafs' oder 'eingenommen worden war und dieser Umstand'.

per aversa urbis] 'auf der Rückseite der Stadt', indem diejenige Seite, wo die Äquer eindrangen, als Vorderseite betrachtet wird. 37, 27, 2 *circumvecti ab urbe (Samo) ad aversa insulae*; Vell. 2, 63 *Antonius per aversa castrorum a militibus receptus est*; Plin. n. h. 4, 41 *aversa Haemi*.

5. *vicit*] Vitellia wurde wohl zurückerobert; die Stadt wird jedoch (aufser Suet. Vit. 1) nicht weiter erwähnt.

6. *biennii superioris*] der Jahre 395 u. 394 v. Chr.; vgl. Kap. 25, 1 u. 13.

consensu] zu verbinden mit *pertinebat*.

fidem] 'Ehrensache', weil der Senat ihre Intercession gewünscht hatte.

crimine] 'Vorwurf', mit Gen. der Sache ('Lebenswandel, Amtsführung'), auf welche sich der Vorwurf bezieht.

7. *pessimo exemplo*] Abl. modi, 'zum sehr schlimmen Beispiel' (4, 13, 1), erklärt in § 8. Sonst galten die Tribunen nicht nur als unverletzlich während ihrer Amtszeit, sondern auch als unverantwortlich nach Ablauf derselben.

gravis aeris] Vgl. Kap. 12, 1.

9 statem evertisse. nam quod illi sperarent effrenatam licentiam
eius magistratus patres laturos, falli eos. si tribunicia vis
tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum patres inven-
10 turos esse. consulesque increpabat, quod fide publica decipi
tribunos eos taciti tulissent, qui senatus auctoritatem secuti
essent. haec propalam contionabundus in dies magis augebat
iras hominum.

30 Senatum vero incitare adversus legem haud desistebat:
ne aliter descenderent in forum, cum dies ferendae legis ve-
nisset, quam ut qui meminissent sibi pro aris focisque et
deum templis ac solo, in quo nati essent, dimicandum fore.
2 nam quod ad se privatim attineat, si suae gloriae sibi inter
dimicationem patriae meminisse sit fas, sibi amplum quoque
esse urbem ab se captam frequentari, cottidie se frui monu-
mento gloriae suae et ante oculos habere urbem latam in
3 triumpho suo, insistere omnes vestigiis laudum suarum; sed
nefas ducere desertam ac relictam ab dis immortalibus incoli
urbem et in captivo solo habitare populum Romanum et
victrice patria victam mutari.

9. *illi ... eos*] Derselbe Wechsel der Pronomina findet sich 45, 19, 17 u. Caes. b. G. 1, 44, 11—13. Dagegen vgl. z. B. Caes. b. G. 1, 34, 2 *si quid ille se velit, illum ad se venire oportere.*

vis] = *licentia*; daher nicht *potestas*. 3, 20, 6.

telum] 'Waffe', oft bildlich (3, 55, 3 u. 69, 2; 4, 28, 5; 21, 44, 9). Camillus meint die Diktatur.

10. *fide publica*] durch das im Namen des Staates gegebene Versprechen (vgl. Cic. in Cat. 3, 8; Sall. Cat. 47, 1; Iug. 32, 1). Das Versprechen bezog sich hier auf die Beschützung der intercedierenden Tribunen gegen die aufgeregte Menge, nicht auf den Schutz bei einer Anklage, da man eine solche gar nicht erwartete.

haec] Der Objektsaccusativ bei den Adjektiven auf *bundus*, welche ursprünglich die Bedeutung eines Part. Präs. hatten, ist unklassisch: 3, 47, 3; 25, 13, 4 (Dräger H. S. I², 357).

30. 1. *legem*] Kap. 24, 7—8.

ut qui] = *ut ii, qui* 'wie solche, welche'. Vgl. 10, 41, 4 *repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga.* — Nach *ut qui* (selten bei Cicero, mindestens 21 mal bei Livius) folgt auch in direkter Rede der Konjunktiv.

2. *patriae*] d. h. um die Erhaltung der Vaterstadt.

amplum] 'ehrenvoll'; auch 2, 9, 4 mit Acc. c. Inf.

latam] 'aufgeführt', nach der späteren Sitte, dafs Abbildungen eroberter Städte und Burgen vor dem Triumphator dahergetragen wurden.

insistere vestigiis] 'in die Fufsstapfen treten' (24, 4, 5; 25, 33, 9), hier: die Stätte ... betreten.

3. *desertam ac relictam*] Dieselbe Wortverbindung Kap. 6, 14; ähnlich 31, 30, 6.

captivo] zuweilen von Sachen, 'erobert': 1, 53, 3 *c. pecuniam*; 2, 48, 2 *c. agrum*; 7, 14, 7 *c. armis*; 21, 33, 11 *c. pecoribus*; 26, 47, 4 *navibus captivis.*

victam] scil. *urbem.* Kap. 24, 10.

mutari] bei Cicero *commutari*, nur hier so konstruiert, doch ähnlich 34, 49, 6 *mutatos (= acceptos) pro Macedonibus Romanos dominos.* Sonst steht der aufgegebene Gegenstand im Accus., der angenommene

His adhortationibus principis concitati patres, senes iu- 4
venesque, cum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt,
dissipatique per tribus suos quisque tribules prensantes orare
cum lacrimis coepere, ne eam patriam, pro qua fortissime 5
felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent,
Capitolium, aedem Vestae, cetera circa templa deorum osten-
tantes, ne exulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio 6
ac dis penatibus in hostium urbem agerent eoque rem addu-
cerent, ut melius fuerit non capi Veios, ne Roma desereretur.
quia non vi agebant, sed precibus, et inter preces multa deo- 7
rum mentio erat, religiosum parti maximae fuit, et legem una
plures tribus antiquarunt quam iusserunt. adeoque ea victoria 8
laeta patribus fuit, ut postero die referentibus consulibus se-
natus consultum fieret, ut agri Veientani septena iugera plebi
dividerentur, nec patribus familiae tantum, sed ut omnium in
domo liberorum capitum ratio haberetur, vellentque in eam
spem liberos tollere.

Eo munere delenita plebe nihil certatum est, quo minus 31
consularia comitia haberentur. creati consules L. Valerius 2
Potitus, M. Manlius, cui Capitolino postea fuit cognomen. hi
consules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator voverat

im blofsen Ablativ (9, 12, 2) oder im Abl. mit *cum* (21, 45, 6) oder *pro* (27, 35, 14).

4. *principis*] des ersten Mannes im Staate. Vgl. Kap. 41, 7.

senes] mit Nachdruck vorangestellt, da sonst die *seniores patrum* sich mäfsigten und heftige Streitigkeiten mit der Plebs zu vermeiden suchten (3, 11, 4 u. 41, 5).

agmine facto] 'in einem geschlossenen Zuge'. 38, 33, 6. Verg. Aen. 1, 82. Sallust sagt dafür: *grege facto* (Cat. 50, 2; Iug. 58, 3).

6. *ab solo*] mit *agerent* zu verbinden.

7. *religiosum fuit*] näml. den Gesetzesvorschlag anzunehmen. Vgl. Kap. 13, 8. Wahrscheinlich war nicht sowohl dies der Grund für die Ablehnung der Rogation als vielmehr das Versprechen einer reichlichen Landanweisung, wie sie in § 8 beschlossen wird.

maximae] übertreibend für *maiori*.

una] Abl. comparationis zu *plures*. Vgl. 22, 23, 7.

tribus] Seit 496 v. Chr. gab es 21 Tribus (2, 21, 7); im J. 387 wurden dann vier neue hinzugefügt (6, 5, 8).

8. *in domo*] im Hause, d. h. in jedem Hause.

tollere] 'aufheben', d. h. aufziehen. Es war Sitte, ein neugeborenes Kind vor den Vater hinzulegen, damit er es aufhebe und als sein Kind anerkenne. 4, 54, 7.

Kap. **31.** Das Jahr 362 der Stadt: Wahlen und Festlichkeiten; Krieg mit den Äquern; eine Seuche in Rom.

2. *L. Valerius*] Vgl. Kap. 1, 2.

M. Manlius] Vgl. Kap. 47, 4.

postea] Livius meint irrtümlich, M. Manlius habe diesen Beinamen erst nachher von der Rettung des Kapitols erhalten (6, 17, 5). Es gab aber schon früher *Sestii Capitolini* (3, 32, 5), *Quinctii Capitolini* (4, 43, 1) und ebenso auch *Manlii Capitolini* (4, 42, 2), wahrscheinlich so genannt von ihrer Wohnung auf dem Kapitol (6, 20, 13).

voverat] Dieses Gelübde wurde früher nicht erwähnt.

3 Veienti bello. eodem anno aedes Iunonis Reginae ab eodem
dictatore eodemque bello vota dedicatur; celebratamque dedi-
cationem ingenti matronarum studio tradunt.
4 Bellum haud memorabile in Algido cum Aequis gestum
est fusis hostibus prius paene, quam manus consererent. Va-
lerio, quod perseverantior caedendis in fuga fuit, triumphus,
5 Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum est. eodem
anno novum bellum cum Volsiniensibus exortum; quo propter
famem pestilentiamque in agro Romano ex siccitate calori-
busque nimiis ortam exercitus duci nequivit. ob quae Volsi-
nienses Salpinatibus adiunctis superbia elati ultro agros Ro-
manos incursavere; bellum inde duobus populis indictum.
6 C. Iulius censor decessit; in eius locum M. Cornelius
suffectus, quae res postea religioni fuit, quia eo lustro Roma
7 est capta; nec deinde umquam in demortui locum censor suf-
ficitur. consulibusque morbo implicitis placuit per interre-
8 gnum renovari auspicia. itaque cum ex senatus consulto con-
sules magistratu se abdicassent, interrex creatur M. Furius
Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium
9 Potitum interregem prodidit. ab eo creati sex tribuni mili-
tum consulari potestate, ut, etiam si cui eorum incommoda
valetudo fuisset, copia magistratuum rei publicae esset.

3. *vota*] Kap. 21, 3. Camillus hatte auch den Bau in Akkord gegeben (Kap. 23, 7) und vollzog die Dedikation (Kap. 22, 3).

4. *fusis hostibus*] = *cum hostes funderentur*. Das Part. Perf. wird beim Abl. abs. zuweilen von dem gebraucht, was mit der Haupthandlung gleichzeitig ist: 4, 10, 5; 9, 24, 1; 21, 1, 5.

caedendis] scil. *hostibus*. Sonst wird *perseverare* mit *in* c. Abl. verbunden.

5. *Volsiniensibus*] den Bewohnern von *Volsinii*, einer der 12 etruskischen Bundesstädte (vgl. zu Kap. 1, 4). In der Nähe derselben lag wohl auch die nicht weiter genannte Stadt *Salpinum*.

incursavere] hier transitiv gebraucht; ebenso 24, 41, 4: *agmenque Romanum impune incursatum ab equitibus hostium fuerat*. Sonst wird es von Liv. mit *in* c. Acc. verbunden: 36, 14, 12 *in agmen Romanum ex superioribus locis incursavit*; 3, 70, 4; 6, 21, 9; 8, 38, 6.

6. *religioni fuit*] Vgl. Kap. 13, 8. Das Subjekt *quae res* bedeutet: *in locum censoris demortui censorem suffici*. Vgl. 6, 27, 4 *collegam suffici censori religio erat*.

capta] 9, 34, 20 *urbs eo lustro capta est, quo demortuo collega, C. Iulio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit. . . . omnes deinceps censores post mortem collegae se magistratu abdicarunt*.

7. *sufficitur*] statt *suffectus est*, um die Censur und diese Sitte als noch bestehend zu bezeichnen.

interregnum] Vgl. Kap. 17, 3.

8. *magistratu se abdicassent*] Dies ist die regelmäſsige Konstruktion des Verbums *abdicare* (Kap. 9, 8). Nur selten findet sich *abdicare magistratum* (Kap. 49, 9).

9. *incommoda valetudo*] Unpäſslichkeit.

Kalendis Quinctilibus magistratum occepere L. Lucretius, 32
Ser. Sulpicius, M. Aemilius, L. Furius Medullinus septimum,
Agrippa Furius, C. Aemilius iterum. ex his L. Lucretio et 2
C. Aemilio Volsinienses provincia evenit, Salpinates Agrippae
Furio et Ser. Sulpicio. prius cum Volsiniensibus pugnatum 3
est. bellum numero hostium ingens, certamine haud sane
asperum fuit. fusa primo concursu acies; in fugam versa milia
octo armatorum ab equitibus interclusa positis armis in de-
ditionem venerunt. eius belli fama effecit, ne se pugnae com- 4
mitterent Salpinates; moenibus armati se tutabantur. Romani
praedas passim et ex Salpinati agro et ex Volsiniensi nullo
eam vim arcente egerunt, donec Volsiniensibus fessis bello ea 5
condicione, ut res populo Romano redderent stipendiumque
eius anni exercitui praestarent, in viginti annos indutiae datae.

Eodem anno M. Caedicius de plebe nuntiavit tribunis se 6
in Nova via, ubi nunc sacellum est, supra aedem Vestae vo-
cem noctis silentio audisse clariorem humana, quae magistra-
tibus dici iuberet Gallos adventare. id, ut fit, propter auctoris 7
humilitatem spretum et quod longinqua eoque ignotior gens
erat. neque deorum modo monita ingruente fato spreta, sed
humanam quoque opem, quae una erat, M. Furium, ab urbe
amovere. qui, die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter 8
praedam Veientanam, filio quoque adulescente per idem tempus

Kap. **32—36.** Das Jahr 363 der Stadt: Krieg mit Volsinii; Verurteilung des Camillus; Einwanderung der Gallier nach Italien und Belagerung von Clusium.

32. 1. *Kal. Quinctilibus*] = *Kal. Iul.* Seit 10 Jahren hatte der Amtsantritt am 1. Okt. stattgefunden. (Kap. 9, 8).

Lucretius ... Sulpicius] Vgl. Kap. 29, 2.

M. Aemilius] unbekannt. Die Fasti Capitolini nennen statt desselben den *L. Aemilius*, welcher nach Livius 389, 387, 383 u. 382 Konsulartribun war.

L. Furius] Vgl. Kap. 14, 5.

C. Aemilius] Vgl. Kap. 26, 2.

2. *evenit*] Vgl. Kap. 12, 6.

5. *res ... redderent*] Dies ist term. techn. für die Zurückgabe der bei einem Einfalle (Kap. 31, 5) geraubten Gegenstände oder Entrichtung eines Ersatzes. 21, 10, 13 u. 12, 5.

stipendium] wie Kap. 27, 15 die Falisker.

6. *de plebe*] = *homo de plebe,* die Niedrigkeit des Mannes hervorhebend.

Nova via] im Nordwesten des Mons Palatinus, schon 1, 41, 4 erwähnt: *per fenestras in Novam viam versus populum Tanaquil adloquitur.* Sie trennte den am Fuſse des Palatins liegenden Tempel der Vesta von dem sich am Abhang hinziehenden Hain der Vesta.

sacellum] näml. des *Aius Locutius.* Kap. 50, 5 u. 52, 11.

7. *ut fit*] Vgl. Kap. 27, 1. — *et quod*] = *et propterea, quod.*

8. *propter praedam*] ungenaue Angabe. Nach einigen Autoren sollte er Gegenstände aus der vejentischen Beute unterschlagen, nach andern die Beute ungerecht verteilt haben. Wieder andere meinten, er sei angeklagt worden, weil er sich beim Triumphe weiſser Pferde bedient habe (so Dio Cas-

orbatus, cum accitis domum tribulibus et clientibus, quae magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum responsum tulisset, se collaturos quanti damnatus esset, absolvere
9 eum non posse, in exilium abiit, precatus ab dis immortalibus, si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratae facerent. absens quindecim milibus gravis aeris damnatur.

33 Expulso cive, quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat, adventante fatali urbi clade, legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes.
2 eam gentem traditur fama dulcedine frugum maximeque vini, nova tum voluptate, captam Alpes transisse agrosque ab
3 Etruscis ante cultos possedisse; et invexisse in Galliam vinum inliciendae gentis causa Arruntem Clusinum ira corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor ipse fuerat, praepotente iuvene et a quo expeti poena, nisi externa vis quaesita esset, nequi-

sius und Diodor). Vgl. Schwegler, röm. Gesch. III, 174.

se . . . eum] Konstruktion nach dem Sinne, als gehe vorher: *percunctatus esset animos eorum et hi respondissent.* Genauer wäre: *eos . . . ipsum.*

quanti] = *tantum, quanti.* — Es war Pflicht der Klienten, den Patron in der Not mit Beiträgen zu unterstützen; die übrigen Tribusgenossen waren zu einer solchen Leistung nicht verpflichtet.

esset] = *foret,* bedingend; nicht = *erat.*

non posse] d. h. sie hielten ihn für schuldig.

9. *in exilium abiit*] Weil nach dieser offenen Antwort des ihm am meisten ergebenen Teiles der Plebs seine Verurteilung nicht mehr zweifelhaft sein konnte, entzog er sich der Schande durch ein freiwilliges Exil (d. h. *in exilium profugit*; Cic. de domo 86).

quindecim milibus] Die gewöhnliche Strafsumme war 10000 Asse (Kap. 12, 1 u. 29, 7), ein Zehntel des Census der ersten Vermögensklasse (1, 43, 1).

damnatur] Nach Ciceros glaubwürdiger Angabe (de domo 86) fand die Verurteilung in den Centuriatkomitien statt, welche somit einer der Konsulartribunen berufen hatte (vgl. 6, 20, 10).

33. 1. *expulso*] Das Wort bedeutet nicht, dafs Camillus nicht in Rom hätte bleiben dürfen, sondern nur, dafs er es nicht ausgehalten habe, mit solcher Schmach in der Heimat zu leben. Irrtümlich nimmt Livius Kap. 46, 11 an, er habe ohne Geheifs des Volkes das römische Gebiet nicht wieder betreten dürfen.

quo manente] = *qui si maneret.*

certi] Davon ist der Gen. *humanorum* abhängig (= *rerum humanarum, in rebus humanis*). Man erwartet: *certum.*

non potuerat] = *non potuisset.* Der Ind. Plusqpf. von *posse* ist in hypothetischen Sätzen sehr selten: Ter. Andr. 691 *quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset*; Latro bei Sen. Contr. 3, 1, 6.

2. *traditur fama*] mit Acc. c. Inf., wie das einfache *traditur* 1, 55, 3 konstruiert ist, während es gewöhnlich mit Nom. c. Inf. verbunden wird.

possedisse] von *possīdo.* Zur Sache vgl. Kap. 17, 8.

3. *et*] Dieses *et* fügt zu *dulcedine . . . captam* eine genauere Bestimmung hinzu, 'und zwar'.

irā] = *ob iram* (Kap. 1, 5) mit Genetiv der Ursache.

ret; hunc transeuntibus Alpes ducem auctoremque Clusium 4
oppugnandi fuisse. equidem haud abnuerim Clusium Gallos
ab Arrunte seu quo alio Clusino adductos. sed eos, qui 5
oppugnaverint Clusium, non fuisse, qui primi Alpes transie-
rint, satis constat. ducentis quippe annis ante, quam Clusium
oppugnarent urbemque Romam caperent, in Italiam Galli
transcenderunt; nec cum his primum Etruscorum, sed multo 6
ante cum iis, qui inter Appenninum Alpesque incolebant,
saepe exercitus Gallici pugnavere.

Etruscorum ante Romanum imperium late terra marique 7
opes patuere. mari supero inferoque, quibus Italia insulae
modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento, quod 8
alterum Tuscum, communi vocabulo gentis, alterum Hadriati-
cum mare ab Adria, Tuscorum colonia, vocavere Italicae
gentes; Graeci eadem Tyrrhenum atque Hadriaticum vocant.
et in utrumque mare vergentis incoluere urbibus duodenis 9
terras, prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans
Appenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis,
quae trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, 10
qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Alpinis 11
quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Raetis, quos

4. *ducem*] auf das Vorhergehende zu beziehen (= *ducem itinerum*).

seu quo] = *sive a quo*.

5. *ducentis annis ante*] also um 590 v. Chr., zur Zeit des Tarquinius Priscus, dessen Regierung in die Jahre 616—578 gesetzt wird.

6. Die Clusiner waren nicht die ersten Etrusker, mit welchen die Gallier (oder Celten) zusammenstiefsen, sondern die etruskischen Bewohner des Pothales.

7. *insulae modo*] = *in modum insulae*. Kap. 15, 4.

8. *Tuscum*] Von der See her setzten sich die Etrusker in Campanien fest, verloren aber 423 v. Chr. (4, 37, 1) die Stadt *Vulturnum* (= Capua) an die Samniten und mufsten nun vor diesen weichen.

communi] 'gewöhnlich'. *Tusci* war mehr in der Umgangssprache üblich, *Etrusci* in der feierlicheren Rede.

Adria] ein Stadt links von der Mündung des Po, zu unterscheiden von einer gleichnamigen Stadt in Picenum. Da die Etrusker die Laute *t* und *d* nicht unterschieden, so kamen auch die Formen *Atria* und *Hatria* auf. Vgl. Plin. n. h. 3, 120: *nobili portu oppidi Tuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum*.

9. *vergentis*] zu *terras* gehörend. — Nach der Meinung des Livius bestand zuerst der später mächtige Bund der 12 Städte in Etrurien; dann aber wurden von diesen 12 Hauptstädten ebensoviele Pflanzstädte nördlich von den Apenninen angelegt. In Wirklichkeit sind die Etrusker aus dem Pothale nach Etrurien gekommen.

Alpes] Diese schieden die Tuscer von den Celten und Germanen; die Bewohner der westlichen Alpen waren Celten.

11. *Raetis*] Ein Teil der Etrusker soll sich beim Eindringen der Celten unter Führung des Raetus in die Alpen zurückgezogen haben und deswegen die Rätier genannt worden sein. Plin. n. h. 3, 133; Iustin 20, 5, 9.

loca ipsa efferarunt, ne quid ex antiquo praeter sonum linguae,
nec eum incorruptum, retinerent.
34 De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus. Prisco
Tarquinio Romae regnante Celtarum, quae pars Galliae tertia
est, penes Bituriges summa imperii fuit; ii regem Celtico
2 dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque cum sua tum
publica praepollens, quod in imperio eius Gallia adeo frugum
hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videre-
3 tur posse. hic magno natu ipse iam exonerare praegravante turba
regnum cupiens Bellovesum ac Segovesum, sororis filios, impi-
gros iuvenes, missurum se esse in quas di dedissent auguriis
4 sedes ostendit: quantum ipsi vellent numerum hominum exci-
rent, ne qua gens arcere advenientes posset. tum Segoveso
sortibus dati Hercynei saltus; Belloveso haud paulo laetiorem
5 in Italiam viam di dabant. is, quod eius ex populis abun-
dabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Aeduos, Ambarros, Car-
nutes, Aulercos excivit. profectus ingentibus peditum equi-

ne quid] statt *ut nihil,* als ob ein Verb des Bewirkens oder Verhinderns vorausgehe.

34. 1. *Prisco*] durch die Voranstellung hervorgehoben.

Celtarum] Vgl. Caes. b. G. 1, 1, 1 *Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur.*

Bitur̆iges] am mittleren Laufe des Liger (= Loire), im Osten und Norden von demselben umschlossen, mit der Hauptstadt Avaricum. Zu Cäsars Zeit waren sie von den Äduern abhängig (b. G. 7, 5, 2). Davon zu unterscheiden ist die aquitanische Völkerschaft der *Bituriges Vivisci.*

Celtico] dem Celtenvolke, d. h. der Gesamtheit der celtischen Völkerschaften, griech. *τὸ Κελτικόν.* Vgl. *hosticum,* 'Feindesland' (28, 24, 6; 29, 2, 2); *Geticum* Ov. Trist. 5, 13, 1.

dabant] d. h. der jeweilige König der Biturigen war das Oberhaupt des ganzen Celtenlandes.

2. *fuit*] näml. damals, zur Zeit des Tarquinius Priscus.

fertilis] sehr selten mit Gen. (Sall. Iug. 17, 5 *ager frugum f.*; Hor. Sat. 2, 4, 31; Curt. 5, 4, 20 *solum pabuli fertile*).

abundans] überströmend, überzahlreich, im Verhältnis zum Land und den Wohnungen.

3. *in quas*] Die Weglassung des Demonstrativums nach einer Präposition, so daſs diese mit einem Relativum verbunden wird, mit dem sie nicht zusammengehört, ist ganz ungewöhnlich: 7, 5, 5 *nisi in quae ipse concepisset verba iuraret.*

4. *excirent*] aufbieten, aufrufen.

Hercynĕi saltus] die Gebirgslandschaften Südgermaniens (Caes. 6, 25, 2), der Schwarzwald, Böhmerwald, das Erzgebirge, der Thüringerwald und Harz. Wahrscheinlich waren die Celten aus diesen Gegenden durch die einwandernden Germanen nach Westen gedrängt worden und unternahmen nun einen Zug in die alte Heimat. Caes. 6, 24 *ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent; itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt, loca circum Hercyniam silvam Volcae Tectosages occupaverunt.* Tac. Germ. 28.

5. *eius ex pop.*] von den Völkern des Bellovesus, d. h. den ihm von Ambigatus zugeteilten.

tumque copiis in Tricastinos venit. Alpes inde oppositae erant; 6
quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulladum via,
quoad quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis
credere libet, superatas. ibi cum velut saeptos montium alti- 7
tudo teneret Gallos circumspectarentque, quanam per iuncta
caelo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam
tenuit, quod adlatum est advenas quaerentes agrum ab Sallu-
vium gente oppugnari. Massilienses erant ii, navibus a Pho- 8
caea profecti. id Galli fortunae suae omen rati adiuvere, ut,
quem primum in terram egressi occupaverant locum, patien-
tibus Salluviis communirent. ipsi per Taurinos saltus *vallem-*
que Duriae Alpes transcenderunt, fusisque acie Tuscis haud 9
procul Ticino flumine, cum in quo consederant agrum Insu-
brium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Aeduo-
rum, ibi omen sequentes loci condidere urbem. Mediolanium
appellarunt.

Alia subinde manus Cenomanorum Etitovio duce vestigia 35

Tricastīnos] in der Provence, südlich von der Isère, durch die Vocontier und Caturīgen von den Alpen geschieden.

6. *nulladum*] Man beachte das livianische Wort *nullusdum*, 'noch keiner': 3, 50, 16; 7, 33, 13; 9, 12, 3; 29, 11, 1.

quoad etc.] 'soweit wenigstens die zusammenhängende Geschichte reicht'; denn die Erzählungen von Herkules sind für Sagen zu halten.

nisi] ironisch, = *nisi forte, nisi vero.* 21, 40, 7.

7. *iuncta caelo iugo*] 'die himmelhohen Bergketten'. Dieselbe Übertreibung 21, 32, 7: *nives caelo prope immixtae.*

Salluvium] Gen. st. *Salluviorum.* Es war dies ein ligurisches, aber mit Celten gemischtes Volk östlich der Rhonemündungen (Plin. n. h. 3, 47; Strabo 4, 6, 3).

8. *Massilienses*] Die Stadt Massilia ist bereits gegründet, wird aber erst nachher befestigt. Ein anderer Bericht über ihre Gründung findet sich bei Justin (43, 3, 4).

fortunae suae omen] Bellovesus meinte, wenn die eingewanderten Phocäer sich in dem neuen Lande glücklich niederlassen könnten, so würde dies eine gute Vorbedeutung für den glücklichen Ausgang seiner eigenen Unternehmung sein.

per Taurinos saltus vallemque Duriae] Die Tauriner waren ein ligurischer (später mit Celten gemischter) Volksstamm auf der Ostseite der kottischen Alpen (21, 38, 5). Sie bewohnten auch das Thal der Duria Riparia, welche vom Mont Cenis her dem Po zufliefst. Wahrscheinlich meint Livius, Bellovesus sei über den Mont Genèvre gezogen, über welchen Cäsar während seiner gallischen Kriege zu ziehen pflegte (b. G. 1, 10, 3), und über welchen Livius später irrtümlicher Weise auch den Hannibal ziehen läfst.

9. *agrum*] zweimal zu denken: vor *in quo* als Subjekt und hier als Prädikatsnomen.

ab hoste invisitato, inaudito, adeo nihil miseriti sunt, ut in
agrum Romanum eo tempore incursiones facerent plenique
praedae Veios etiam praesidiumque, spem ultimam Romani
5 nominis, in animo habuerint oppugnare. viderant eos milites
Romani vagantes per agros et congregato agmine praedam
prae se agentes, et castra cernebant haud procul Veis posita.
6 inde primum miseratio sui, deinde indignitas atque ex ea ira
animos cepit: Etruscisne etiam, a quibus bellum Gallicum in
7 se avertissent, ludibrio esse clades suas? vix temperavere
animis, quin extemplo impetum facerent; compressi a Q. Cae-
dicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant, rem in noctem
8 sustinuere. tantum par Camillo defuit auctor; cetera eodem

2. *castra*] zu verbinden mit *nacti*; dagegen *invadunt* steht absolut (vgl. Kap. 13, 2).

intuta] = *sine munimento,* Kap. 44, 6.

3. *soluta somno*] 'durch den Schlaf entkräftet'. Vgl. z. B. Verg. Aen. 12, 951 *illi solvuntur frigore membra*; Curt. 8, 9, 32 *nec ullus corporibus, quae senectus solvit, honos redditur.* Der Schlaf hindert die Thätigkeit des Körpers, löst seine Kräfte auf, ähnlich wie der Tod.

extremos] 'die Äufsersten', namentlich auf der dem Orte des Angriffs gegenüberliegenden Seite.

improvidos] 'blindlings'. Dem *quosdam . . . improvidos* entspricht im Folgenden *magna pars.*

4. *adeo nihil*] = *adeo non, ita non,* 'so wenig' (3, 2, 6).

habuerint] neben *facerent.* Vgl. Kap. 28, 12.

5. *vagantes*] 'hin- und herstreifen', nicht in bestimmter Richtung. Das Wort schliefst nicht den Begriff der Zerstreuung in sich (wie *palatos*) und steht nicht im Widerspruch zu *congregato agmine.*

6. *indignitas*] zuweilen 'Unwille'. 7, 7, 2 *plenis irae atque indignitatis militum animis.*

Etruscisne etc.] Frage des Unwillens, in der Oratio obliqua in den Acc. c. Inf. gesetzt: 3, 48, 8.

avertissent] weil die Gallier nach der Einnahme von Clusium auch andere etruskische Städte angegriffen haben würden (Volsinii, Salpinum, Nepete, Sutrium, Tarquinii).

7. *compressi*] 'zurückgehalten, beschwichtigt'. 10, 11, 5: *adventus eius compressit Etruscos.*

praefecerant] offenbar nur, weil kein Feldherr, d. h. kein Konsulartribun, in Veji war (Kap. 46, 5).

sustinuere] 'zogen . . . hinaus, verschoben'. 3, 60, 1 u. 65, 6.

8. *auctor*] Führer 23, 32, 9 *nihil deesse aliud quam auctorem, ad quem deficerent.*

ordine eodemque fortunae eventu gesta. quin etiam ducibus
captivis, qui caedi nocturnae superfuerant, ad aliam manum
Tuscorum ad salinas profecti nocte insequenti ex improviso
maiorem caedem edidere, duplicique victoria ovantes Veios
redeunt.

Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque 46
silentium esse, ad id tantum intentis Gallis, ne quis hostium
evadere inter stationes posset, cum repente iuvenis Romanus
admiratione in se cives hostesque convertit. sacrificium erat 2
statum in Quirinali colle genti Fabiae. ad id faciendum C.
Fabius Dorsuo Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de
Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus,
nihil ad vocem cuiusquam terroremve motus, in Quirinalem
collem pervenit; ibique omnibus sollemniter peractis eadem 3
revertens similiter constanti vultu graduque, satis sperans
propitios esse deos, quorum cultum ne mortis quidem metu
prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit seu atto-
nitis Gallis miraculo audaciae, seu religione etiam motis, cuius
haudquaquam neglegens gens est.

Veis interim non animi tantum in dies, sed numerus 4
etiam viresque crescebant. nec Romanis solum eo convenien-
tibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis
palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus,
ut in parte praedae essent, maturum iam videbatur repeti 5
patriam eripique ex hostium manibus; sed corpori valido
caput deerat. locus ipse admonebat Camilli, et magna pars 6
militum erat, qui ductu auspicioque eius res prospere ges-

superfuerant] Vgl. Kap. 39, 12.
salinas] Die Salzwerke auf dem rechten Ufer des Tiber bei Ostia (1, 33, 9; 7, 17, 6 u. 19, 8).

46. 1. *inter stationes*] 'zwischen den ... hindurch'. Vgl. Kap. 27, 2.
admiratione] ungewöhnlicher Abl. modi. 3, 47, 6.

2. *stătum*] Part. von *sistere* 'feststellen', daher 'feststehend', d. h. welches alljährlich an einem bestimmten Tag dargebracht wurde: 23, 35, 3 *Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas erat.*

Dorsuo] ein seltener Beiname der Fabier. Dieser C. Fabius Dorsuo (vgl. Val. Max. 1, 1, 11) ist wahrscheinlich 358 v. Chr. Konsul, 345 sein Sohn M. Fabius Dorsuo.
Gabino cinctu] 'in gabinischer Tracht'. Diese bestand darin, daſs bei religiösen Feierlichkeiten (vgl. 8, 9, 9; 10, 7, 3) der Zipfel der Toga, welcher sonst über die linke Schulter herabhing, um die Brust gezogen wurde und die Toga festhielt.
ad] die Veranlassung bezeichnend (vgl. Kap. 37, 5), statt des Abl. causae.
terrorem] Schreckmittel, Drohung.
3. *ne ... quidem*] verneint mit der Nebenbestimmung zugleich das Verbum finitum *deseruisset.*
4. *nec*] = *et non,* die Sätze verbindend und Verneinung zu *solum.*
ex Latio] welches ebenfalls von den Galliern verwüstet wurde; Kap. 43, 5.
in parte ... esse] Anteil haben an ... (6, 15, 6 u. 37, 4).
5. *videbatur*] näml. der in Veji gesammelten Menge.

serant; et Caedicius negare se commissurum, cur sibi aut deo-
rum aut hominum quisquam imperium finiret potius, quam
7 ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. consensu
omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea con-
sulto senatu, qui Romae esset; adeo regebat omnia pudor,
8 discriminaque rerum prope perditis rebus servabant. ingenti
periculo transeundum per hostium custodias erat. ad eam
rem Pontius Cominius, impiger iuvenis, operam pollicitus in-
9 cubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. inde, qua
proximum fuit, a ripa per praeruptum eoque neglectum
hostium custodia saxum in Capitolium evadit, et ad magi-
10 stratus ductus mandata exercitus edit. accepto inde senatus
consulto, uti comitiis curiatis revocatus de exilio iussu populi
Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent im-
peratorem, quem vellent, eadem degressus nuntius Veios con-
11 tendit. missique Ardeam legati ad Camillum Veios eum per-
duxere, seu illud magis credere libet, non prius profectum ab

6. *negare*] Er will nicht Anlafs bieten, weshalb einer der Götter ihm zürne wegen seines ihm nicht auf gesetzliche Weise übertragenen Oberbefehls oder ein rechtmäfsiger Beamter ihn zur Niederlegung desselben zwinge, sondern selbst eingedenk seines niedrigen Standes einen rechtmäfsigen Feldherrn fordern.

7. *placuit*] Es wurde darüber in einer Volksversammlung ein förmlicher Beschlufs gefafst.

pudor] das Rechtsgefühl, die Achtung vor Gesetz und Sitte.

discrimina] die Unterschiede in den Befugnissen der Staatsgewalten.

rerum . . . rebus] ein Wortspiel, wie 3, 38, 11: *indignitate rerum cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica* (scil. *re*).

8. *cortici*] auf einer Unterlage von Kork.

secundo Tiberi] 'über den T. hinab'; so *secundo flumine* (Caes. 7, 58, 5), Gegensatz: *adverso flumine.*

9. *qua proximum fuit*] eine livianische Phrase (35, 22, 3; 37, 37, 4; vgl. 3, 27, 5; 21, 5, 12). Gemeint ist der südwestliche Abhang des kapitolinischen Hügels bei der Porta Carmentalis.

ad magistratus] vor die Konsulartribunen.

10. *comitiis curiatis*] Da Camillus freiwillig ins Exil gegangen war (vgl. Kap. 33, 1), konnte er wahrscheinlich ohne weiteres auch zurückkehren und sein Bürger- und Gentilrecht ausüben. Damit er sich aber dazu leichter entschliefse, fand der Senat gut, dafs auch die Patrizier ihn durch einen Beschlufs der Kuriatkomitien darum ersuchten, gleichwie das Heer in Veji (§ 7) seine Rückkehr wünschte.

iussu populi] Dies kann der Wortstellung nach nur mit *dictator diceretur* verbunden werden. Vgl. 22, 14, 11 *dictatorem eum* (= *Camillum*) *ex auctoritate patrum iussuque populi dictum.* Der Diktator wurde nach der Sitte von einem Konsul oder Konsulartribun ernannt, und zwar nach Senatsbeschlufs, aber ohne einen Volksbeschlufs. Hier ist es jedoch angemessen, dafs bei der Wahl des vom Volk verurteilten und ausgewanderten Camillus auf den Wunsch des Volkes in Veji Gewicht gelegt wird; daher auch der überflüssige Zusatz *militesque . . . vellent.*

11. *missi*] näml. von Veji, mit dem Senatsbeschlufs.

seu] 'oder sei es dafs', einen ganzen Satz anknüpfend: 3, 8, 2; 26, 33, 13.

magis credere libet] Diese zweite

Ardea, quam compererit legem latam, quod nec iniussu populi
mutari finibus posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exer-
citu habere. lex curiata lata est dictatorque absens dictus.
Dum haec Veis agebantur, interim arx Romae Capito- 47
liumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, seu vestigio 2
notato humano, qua nuntius a Veis pervenerat, seu sua sponte
animadverso ad Carmentis saxo ascensu aequo, nocte sub-
lustri, cum primo inermem, qui temptaret viam, praemisis-
sent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi
sublevantesque in vicem et trahentes alii alios, prout postu-
laret locus, tanto silentio in summum evasere, ut non custodes 3
solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad
nocturnos strepitus, excitarent. anseres non fefellere, quibus 4
sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen abstinebatur. quae
res saluti fuit; namque clangore eorum alarumque crepitu
excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello
egregius, armis arreptis simul ad arma ceteros ciens vadit et,
dum ceteri trepidant, Gallum, qui iam in summo constiterat,
umbone ictum deturbat. cuius casus prolapsi cum proximos 5
sterneret, trepidantes alios armisque omissis saxa, quibus ad-
haerebant, manibus amplexos trucidat. iamque et alii con-
gregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque

Version ist richtig; Camillus ging nicht nach Veji, sondern bestellte einen Reiteroberst, der ihm das Heer entgegenführte (Kap. 48, 5).

legem] scil. *curiatam de Camillo revocando.*

mutari finibus] 'den Wohnsitz wechseln'. Dafs Camillus ohne einen Volksbeschlufs das römische Gebiet nicht betreten durfte, ist wohl eine irrige Meinung des Livius.

47. 1. *haec*] die Absendung der Gesandtschaft nach Ardea.

2. *ad Carmentis*] scil. *aedem, sacellum*, welche Wörter bei Livius nach *ad* mit dem Gen. eines Götternamens in der Regel wegfallen, zuweilen auch bei Cicero.

ascensu aequo] Abl. qual., = *qua ascensus aequus erat*, näml. relativ 'leicht', im Vergleich zu den übrigen Punkten.

tradentes] näml. der eine dem andern.

ubi] wie nachher *prout*, mit Coni. iterativus. Vgl. Kap. 25, 2.

alterni etc.] indem sie sich abwechselnd auf einander stützten und sich der Reihe nach hoben und einander hinaufzogen

3. *sollicitum animal*] kollektiver Singular, bei dem Worte *animal* sonst nicht üblich, und freier Gebrauch der Apposition, indem diese nicht blofs von den Hunden auf dem Kapitol zu verstehen ist.

ad] Vgl. Kap. 37, 5.

4. *sacris*] mit Gen., wie Cic. Verr. 1, 48. Vgl. ἱερός c. gen.

tamen] das Hindernis *in* ('ungeachtet') *summa inopia cibi* hervorhebend.

consul] 392 v. Chr. (Kap. 31, 2).

vadit] 'schreitet er einher', vom festen Schritt des Angreifers: 4, 38, 4; 22, 50, 10.

5. *cuius casus prolapsi*] 'sein Sturz im Herunterfallen'. Der Ausdruck entspricht der Phrase *prolapsus cecidit* Kap. 21, 16.

armis omissis] = *armis abiectis.* Diese Phrase findet sich mehrmals bei Livius (21, 8, 12; 11, 13; 58, 3; 33, 9, 11).

6 tota prolapsa acies in praeceps deferri. sedato deinde tumultu
reliquum noctis, quantum turbatis mentibus poterat, cum praeteritum quoque periculum sollicitaret, quieti datum est.
7 Luce orta vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum et recte et perperam facto pretium deberetur,
Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque non ab
8 tribunis solum militum, sed consensu etiam militari; cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes eius, quae in
arce erant, contulerunt: rem dictu parvam; ceterum inopia
fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque
victu suo fraudans detractum corpori atque usibus necessariis
9 ad honorem unius viri conferret. tum vigiles eius loci, qua
fefellerat ascendens hostis, citati; et cum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pro-
10 nuntiasset, consentiente clamore militum in unum vigilem
coicientium culpam deterritus a ceteris abstinuit, reum haud
dubium eius noxae approbantibus cunctis de saxo deiecit.
11 inde intentiores utrimque custodiae esse, et apud Gallos, quia
vulgatum erat inter Veios Romamque nuntios commeare, et
apud Romanos ab nocturni periculi memoria.
48 Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrumque
2 exercitum urgebat, Gallos pestilentia etiam, cum loco iacente
inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido et
vaporis pleno cineremque, non pulverem modo ferente, cum
3 quid venti motum esset. quorum intolerantissima gens umorique ac frigori assueta cum aestu et angore vexata vulgatis
velut in pecua morbis moreretur, iam pigritia singulos sepeliendi promiscue acervatos cumulos hominum urebant; bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere.

in praeceps] 'in den Abgrund'.
6. *poterat*] scil. *fieri* (d. h. *reliquum noctis quieti dari*).
7. *ad tribunos*] Die Konsulartribunen sind alle auf dem Kapitol anwesend zu denken.
militari] statt des Gen. *militum,* dessen Wiederholung vermieden wurde.
8. *quartarios*] Der *quartarius* (etwa $^1/_8$ Liter) ist der vierte Teil des *sextarius,* dieser aber der sechste Teil des *congius*.
rem] Apposition zum ganzen Satz; 4, 17, 4.
eam] Man erwartet *id* in Übereinstimmung mit *argumentum*; doch ist *eam* nachdrücklicher. 3, 38, 3; 4, 28, 5.
9. *more militari*] Vgl. Kap. 19, 4.
10. *reum*] hier Subst., 'Träger'.
11. *ab*] Vgl. Kap. 5, 3.
48. 2. *inter tumulos*] = *inter colles* (3, 7, 2). Livius scheint anzunehmen, dafs die Niederungen sumpfig waren, und dafs das Austrocknen derselben Fieber erzeugte.
torrido] 'trocken, dürr'. 4, 30, 8 *circa torridos fontes rivosque.*
ferente] vom Ort, 'welcher aufsteigen liefs'.
3. *assueta*] zuweilen mit Dativ (21, 16, 5; 24, 23, 10 u. 24, 2); in anderem Sinne Kap. 54, 3.
angore] 'Beängstigung, Beklemmung', infolge der Hitze und Trockenheit (vgl. 3, 6, 3).
bustorum] Nach 22, 14, 11 lagen die *busta Gallica* mitten in der Stadt. Der Ort läfst sich nicht

Indutiae deinde cum Romanis factae et colloquia per- 4
missu imperatorum habita; in quibus cum identidem Galli
famem obicerent eaque necessitate ad deditionem vocarent,
dicitur avertendae eius opinionis causa multis locis panis de
Capitolio iactatus esse in hostium stationes. sed iam neque dissi- 5
mulari neque ferri ultra fames poterat. itaque dum dictator dilec-
tum per se Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a
Veis adducere exercitum iubet, parat instruitque, quibus haud
impar adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus stationibus 6
vigiliisque fessus, superatis tamen humanis omnibus malis,
cum famem unam natura vinci non sineret, diem de die pro-
spectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo 7
spe quoque iam, non solum cibo deficiente et, cum stationes
procederent, prope obruentibus infirmum corpus armis vel
dedi vel redimi se, quacumque pactione possent, iussit, iactan-
tibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse,
ut obsidionem relinquant. tum senatus habitus tribunisque 8
militum negotium datum, ut paciscerentur. inde inter Q. Sul-
picium tribunum militum et Brennum, regulum Gallorum,
colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi
gentibus mox imperaturi factum. rei foedissimae per se ad- 9
iecta indignitas est; pondera ab Gallis adlata iniqua, et tri-
buno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius,
auditaque intoleranda Romanis vox: vae victis.

Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Roma- 49

näher bestimmen; auch der Ursprung des Namens ist ungewiſs.

4. *multis locis*] Übertreibung. Val. Max. 7, 4, 3 *panes iacere compluribus e locis coeperunt.*

5. *L. Valerium*] scil. *Potitum Publicolam*, Konsulartribun 394 v. Chr. (vgl. Kap. 26, 2), nicht wohl dessen Vater (vgl. zu Kap. 39, 13).

adducere] nicht nach dem entfernten Ardea, aber über den Tiber, dem Diktator entgegen.

quibus] = *ea, quibus.*

6. *stationibus vigiliisque*] Erstere sind gröſsere Wachtposten während des Tages, letztere kleinere Wachen zur Nachtzeit.

tamen] bezeichnet den Gedanken als einen Gegensatz zu *fessus.*

diem de die] 'Tag für Tag'. 25, 25, 4.

7. *cum*] mit Coni. iterativus (vgl. Kap. 1, 7): 'so oft die Posten vorrückten, ausrückten'.

possent] näml. die Vorgesetzten; § 8.

8. *pondo*] zu 327, 5 Gramm.

imperaturi] 'welches ... herrschen sollte'.

9. *indignitas*] 'unwürdige Behandlung'.

iniqua] 'unbillige', weil 'unrichtige'.

49. 1. — *que et*] oft bei Livius, doch nur zur Verbindung zweier Wörter, nicht von Sätzen (Kap. 51, 3).

prohibuere] 'verhinderten es, daſs ... muſsten', mit Acc. c. Inf., wie § 8. — Der Loskauf wurde ohne Zweifel vollzogen; aber der Gedanke, daſs ihre Nation einmal ihr Dasein mit Geld erkauft habe, war den späteren Römern unerträglich, und es entstand die Sage, Camillus habe den Handel durch seine Dazwischenkunft so gut wie ungeschehen gemacht.

redemptos] prädikative Bestimmun ('als').

nos. nam forte quadam, priusquam infanda merces perficere-
tur, per altercationem nondum omni auro appenso dictator
intervenit, auferrique aurum de medio et Gallos summoveri
2 iubet. cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam
pactionem ratam esse, quae, postquam ipse dictator creatus
esset, iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset;
3 denuntiatque Gallis, ut se ad proelium expediant. suos in acer-
vum coicere sarcinas et arma aptare ferroque, non auro recu-
perare patriam iubet, in conspectu habentis fana deum et con-
iuges et liberos et solum patriae deforme belli malis et omnia,
4 quae defendi repetique et ulcisci fas sit. instruit deinde aciem,
ut loci natura patiebatur, in semirutae solo urbis et natura
inaequali, et omnia, quae arte belli secunda suis eligi praepa-
5 rarive poterant, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt,
iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. iam ver-
terat fortuna, iam deorum opes humanaque consilia rem Roma-
nam adiuvabant. igitur primo concursu haud maiore momento
fusi Galli sunt, quam ad Aliam vicerant.
6 Iustiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina
via, quo se ex fuga contulerant, eiusdem ductu auspicioque
Camilli vincuntur. ibi caedes omnia obtinuit; castra capiun-
7 tur, et ne nuntius quidem cladis relictus. dictator recuperata
ex hostibus patria triumphans in urbem rediit, interque iocos
militares, quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriae
conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur.

forte] gewöhnlich Adverb, bei Livius auch Substantiv mit dem Adjektiv *quadam* (1, 4, 4; 3, 64, 4).

perficeretur] 'entrichtet, ganz ausgezahlt wurde'.

2. *iniussu suo*] Nach der Wahl eines Diktators können die übrigen Magistrate nur in seinem Auftrage mit dem Feinde unterhandeln; auch der Senat (Kap. 48, 8) kann ohne Zustimmung des Diktators keine Vollmacht zu Unterhandlungen erteilen.

3. *fana deum*] den Tempel auf dem Kapitol. Vielleicht waren auch andere Tempel nicht ganz zerstört worden (vgl. Kap. 50, 2).

ulcisci] passiv: 2, 17, 7 *ob iras graviter ultas*; Sall. Jug. 31, 8 *quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit.*

5. *verterat*] reflexiv (vgl. Kap. 18, 9); sonst *versa est fortuna.*

momento] 'Kraftanstrengung': 21, 43, 11 *perlevi momento victi sunt*; 23, 24, 7; 24, 34, 2.

6. *omnia obtinuit*] seltsamer Ausdruck, 'war allgemein'.

ne nuntius quidem cladis relictus] eine übertreibende Phrase: 4, 10, 5 *vix nuntiis caedis relictis*; Hirt. b. G. 8, 21 *vix refugisse nuntios caedis*; Cic. Pomp. § 25; Liv. 27, 49, 9 *supersint, inquit, aliqui nuntii et hostium cladis et nostrae virtutis.*

7. *militares*] = *militum.* Daraus ist das Subjekt zu *iaciunt* zu entnehmen. Vgl. 4, 53, 11 *inconditi versus militari licentia iactati.*

incondĭtos] kunstlos, in kunstlosen Versen (4, 20, 2; 27, 37, 13).

iaciunt] Das Präsens deutet an, daſs noch zur Zeit des Livius der Triumphator sich die ausgelassenen Scherze seiner Krieger gefallen lassen muſste.

conditor alter urbis] Diese Bezeichnung (vgl. 7, 1, 10) verdiente

Servatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie 8
servavit, cum prohibuit migrari Veios, et tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem et per se inclinata magis
plebe ad id consilium; eaque causa fuit non abdicandae post 9
triumphum dictaturae, senatu obsecrante, ne rem publicam in incerto relinqueret statu.

Omnium primum, ut erat diligentissimus religionum cultor, 50
quae ad deos immortales pertinebant, rettulit; et senatus con- 2
sultum facit: fana omnia, quoad ea hostis possedisset, restituerentur expiarenturque, expiatioque eorum in libris per duumviros quaereretur; cum Caeritibus hospitium publice fieret, 3
quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent, beneficioque eius populi non intermissus honos deum immortalium
esset; ludi Capitolini fierent, quod Iuppiter Optimus Maximus 4
suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset, collegiumque ad eam rem M. Furius dictator constitueret
ex eis, qui in Capitolio atque arce habitarent. expiandae 5
etiam vocis nocturnae, quae nuntia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset, mentio inlata, iussumque templum in Nova via Aio Locutio fieri. aurum, quod Gallis 6

Camillus eigentlich erst nachher, indem er der Auswanderung nach Veji entgegentrat u. den Wiederaufbau Roms betrieb.

8. *cum*] dem Hauptsatze folgend u. eine Erklärung einleitend, mit Perf. Ind., 'dadurch dafs, indem': Kap. 52, 3; 6, 8, 6; 9, 34, 9; 10, 8, 3.

migrari] = *ne migraretur*. Vgl. § 1.

intentius] als vor fünf Jahren; Kap. 24, 7.

9. *fuit*] näml. *Camillo.*

50, 1. *ut . . . cultor*] Das Verfahren des Camillus wird aus seinem Charakter erklärt. Vgl. Kap. 41, 9.

rettulit] näml. *ad senatum.*

2. *facit*] 'erwirkt, setzt durch'. 4, 11, 3.

in libris] scil. *Sibyllinis.* Vgl. Kap. 13, 5.

3. *publice*] von Staats wegen, durch den Senat (Kap. 28, 5). Durch dieses öffentliche Gastrecht erhielten alle Bürger der Gemeinde Caere dieselben Rechte, wie sonst einzelne vom Staate anerkannte Gastfreunde.

recepissent] Vgl. Kap. 40, 10.

4. *ludi Capitolini*] Es waren *ludi sollemnes,* d. h. sie wurden alljährlich gefeiert (Kap. 52, 11); doch werden sie später nicht mehr erwähnt. Vielleicht fanden sie während des Latinerfestes statt (vgl. Kap. 17, 2).

collegium] Es wird eine religiöse Genossenschaft eingerichtet, welche dauernd die Besorgung der neu eingeführten Kultushandlung übernimmt. Cicero erwähnt sie in einem Briefe (ad Q. fr. 2, 5, 2).

qui . . . habitarent] Sechs Jahre später (384 v. Chr., nach dem Sturze des M. Manlius) wurde ein Volksbeschlufs gefafst, *ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret* (6, 20, 13). Ob dies zur Folge hatte, dafs das Kollegium der Kapitoliner nun blofs aus Plebejern bestand, oder ob man es anders eingerichtet habe, ist ungewifs.

5. *templum*] nach Kap. 32, 6 ein *sacellum.* Man erkannte jetzt in dem Rufe die Stimme eines Gottes, welcher wegen der Vernachlässigung seiner Warnung versöhnt werden müsse.

6. *quod Gallis ereptum erat*] näml. das ihnen abgewogene Lösegeld,

ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem in Iovis cellam collatum, cum, quo referri oporteret, confusa memoria esset, sacrum omne iudicatum et sub Iovis sella poni
7 iussum. iam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod, cum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur. matronis gratiae actae honosque additus, ut earum, sicut virorum, post mortem sollemnis laudatio esset.

8 His peractis, quae ad deos pertinebant quaeque per senatum agi poterant, tum demum agitantibus tribunis plebem assiduis contionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Veios transmigrarent, in contionem universo senatu prosequente escendit atque ita verba fecit:

51 „Adeo mihi acerbae sunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exilii solacium aliud habuerim, quoad Ardeae vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram, et ob eadem haec non, si milies senatus consulto populi-

welches ihnen Camillus Kap. 49, 1 wieder abgenommen hatte.

in Iovis cellam] Der kapitolinische Tempel enthielt eine Kapelle des Juppiter Optimus Maximus, eine der Minerva und eine der Juno Regina. Juppiter war in seiner Kapelle auf einem Sessel thronend dargestellt; unter diesem wurde nun das heilige Gold niedergelegt.

7. *quod* etc.] Da das von den Galliern geforderte Lösegeld die Summe des im Staatsschatz (*in publico;* vgl. Kap. 22, 1) vorhandenen Goldes überstieg, so legten die auf dem Kapitol wohnenden u. die (nach Kap. 40, 4) dorthin geflohenen Damen den Rest aus ihrem Goldschmuck zusammen.

confieret] = *conficeretur*. Das Wort ist aus der Umgangssprache genommen (vgl. Plaut. Trin. 408). Es findet sich nur hier bei Livius, einmal bei Caesar (7, 58, 2) u. in drei Briefen an Cicero.

additus] zu den Ehren, welche ihnen schon verliehen waren (Kap. 25, 9).

laudatio] 'Leichenrede', von einem Verwandten gehalten. — Dieses Ehrenrecht der Damen mufs bald wieder in Vergessenheit geraten sein; denn Cicero (de or. 2, 44) meint, Q. Catulus, der Kollege des Marius im Konsulat 102 v. Chr., habe zuerst einer Frau (nämlich seiner Mutter) eine Leichenrede gehalten.

8. *quaeque*] Das Relativum ist wiederholt, weil die beiden Relativsätze nicht die gleichen Gegenstände bezeichnen. Der zweite ist auf die den Matronen zuerkannte Dank- u. Ehrenbezeugung zu beziehen.

tum demum] nach dem Abl. abs. nachdrücklich den Zeitpunkt der Haupthandlung hervorhebend: 36, 2, 1; 44, 23, 5.

in contionem escendit] Er kam mit dem Senat aus der vom Brande verschonten Curia Hostilia (vgl. Kap. 55, 1) zu der auf dem Comitium versammelten Plebs u. bestieg einen erhöhten Punkt (die Rednerbühne). Die nämliche Phrase findet sich 2, 7, 7 u. 3, 49, 4.

Kap. 51—54. **Rede des Camillus gegen eine Auswanderung nach Veji.**

51, 1. *nec* korrespondiert mit dem folgenden *et*.

non] des Nachdrucks wegen durch einen Bedingungssatz von seinem Verbum getrennt: 3, 45, 8; 7, 32, 15.

si revocaretis . . . rediturus fuerim] Dies ist ein hypothetischer Satz des irrealen Falles. Er heifst unabhängig: *non si me milies revocavissetis, um-*

que iussu revocaretis, rediturus umquam fuerim. nec nunc 2
me, ut redirem, mea voluntas mutata sed vestra fortuna per-
pulit; quippe, ut in sua sede maneret patria, id agebatur, non
ut ego utique in patria essem. et nunc quiescerem ac tacerem
libenter, nisi haec quoque pro patria dimicatio esset, cui
deesse, quoad vita suppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas
est. quid enim repetiimus, quod obsessam ex hostium mani- 3
bus eripuimus, si recuperatam ipsi deserimus et, cum victori-
bus Gallis, capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem
diique et homines Romani tenuerint et habitaverint, victoribus
Romanis, recuperata urbe, arx quoque et Capitolium deseretur
et plus vastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet, quam
adversa fecit?

Equidem, si nobis cum urbe simul conditae traditaeque per 4
manus religiones nullae essent, tamen tam evidens numen hac
tempestate rebus adfuit Romanis, ut omnem neglegentiam

quam redissem. Hier ist er von *ut* abhängig gemacht; er könnte deshalb gleichwohl die unabhängige Form haben. Doch ist es üblicher, dafs nach *ut, ne, quin* statt des Konj. Plusqpf. im Folgerungssatz der Konj. Perf. der Coniugatio periphrastica eintritt. Dies hat hier zur Folge, dafs im Bedingungssatz das Imperf. *revocaretis* stehen kann (und dafs ich eben deswegen auch nicht jemals willens war zurückkehren, wenn ihr . . . würdet'); vgl. 4, 38, 5; 26, 26, 7; 37, 14, 5; 38, 31, 3; 44, 20, 1.

2. *nec nunc . . . et nunc*] Das erste *nunc* bezeichnet die Wirklichkeit (= da ich nun aber doch zurückgekehrt bin) im Gegensatz zu *ob eadem haec non . . . fuerim,* das zweite aber die Gegenwart des Sprechenden.

id agebatur ist hinter den Satz mit *ut* gestellt, um diesen hervorzuheben. Weniger nachdrucksvoll wäre der Satz: *quippe non id agebatur, ut ego . . . essem, sed ut* etc.

suppetat] Konj., weil der Temporalsatz eine Bestimmung zu dem Inf. *deesse* ist.

1—3. Einleitung: Dem Redner sind die Streitigkeiten mit den Tribunen zuwider; aber die Liebe zum Vaterlande, welches er im Kampf gegen äufsere Feinde gerettet hat, zwingt ihn, einem Auswanderungsplan entgegenzutreten.

3. *quid enim*] Der Satz begründet die Worte: *haec quoque pro patria dimicatio est.*

repetiimus] näml. *eam,* auf die vorher dreimal genannte *patria* zu beziehen.

ipsi] Dies ist zugesetzt, um auf das freiwillige Aufgeben der Stadt Gewicht zu legen.

diique et homines] So heifst der Nomin. auch Kap. 49, 1; dagegen als Dat. u. Abl. steht *dis hominibusque* (§ 8 u. 9; 43, 7; 52, 17).

4. Die Auswanderung wird zunächst bekämpft aus religiösen Gründen (bis Kap. 52, 14), dann aus politischen Gründen.

ĕquĭdem] 'fürwahr', den ganzen Gedanken bekräftigend, während sich *quidem* nur auf ein einzelnes Wort bezieht. Cicero gebraucht *equidem* nur in solchen Versicherungen, welche sich auf den Redenden beziehen, d. h. mit der ersten Pers. Sing. (Kap. 53, 7 u. 54, 3). Die Verbindung mit der 2. u. 3. Person ist überhaupt selten, z B. Sall. Cat 52, 16 (*vanum equidem hoc consilium est*) u. 58, 4 (*scitis equidem*).

per manus] 'von Hand zu Hand', zuweilen verstärkend zu dem Verbum *tradere* gesetzt (1, 3, 9; 9,

5 divini cultus exemptam hominibus putem. intuemini enim
horum deinceps annorum vel secundas res vel adversas; in-
venietis omnia prospera evenisse sequentibus deos, adversa
6 spernentibus. iam omnium primum Veiens bellum — per
quot annos quanto labore gestum! — non ante cepit finem,
7 quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa est. quid
haec tandem urbis nostrae clades nova? num ante exorta est,
quam spreta vox caelo emissa de adventu Gallorum, quam
gentium ius ab legatis nostris violatum, quam a nobis, cum
vindicari deberet, eadem neglegentia deorum praetermissum?
8 igitur victi captique ac redempti tantum poenarum dis homini-
busque dedimus, ut terrarum orbi documento essemus. adversae
9 deinde res admonuerunt religionum. confugimus in Capitolium
ad deos, ad sedem Iovis Optimi Maximi; sacra in ruina rerum
nostrarum alia terrae celavimus, alia avecta in finitimas urbes
amovimus ab hostium oculis; deorum cultum, deserti ab dis
10 hominibusque, tamen non intermisimus. reddidere igitur patriam

17, 10; Caes. 7, 25, 2; 8, 15, 5. Quint. 12, 4, 1).

5. *deinceps*] Das Adverb vertritt in dieser Stellung ein Adjektiv: der letzten auf einander folgenden Jahre, der letzten Jahre der Reihe nach. 21, 52, 5 *omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas.*

invenietis] An einen Imperativ schliefst sich oft ein Futur, um anzugeben, welches die Folge sein werde, wenn das Befohlene geschehe. Wir verbinden die Sätze mit 'und'; im Lateinischen darf *iam* oder *tum* stehen, aber keine Konjunktion.

prospera ... adversa] prädikativer Nomin. bei *evenire,* wie oft bei *evadere;* doch könnte auch das Adverb *prospere* stehen.

spernentibus] näml. *nobis deos.*

6. *iam omnium primum*] 'fürs allererste', Formel des Übergangs von der allgemeinen Behauptung zu den einzelnen Thatsachen; ebenso 22, 37, 5 u. 28, 39, 5. Daneben findet sich auch *iam primum omnium* (1, 1, 1; 3, 19, 12; 21, 62, 7).

quot ... quanto] zwei Fragewörter, während wir für eines das Demonstrativum setzen: Kap. 5, 11; 26, 13, 6; 30, 42, 18.

7. *spreta*] scil. *est.*

violatum] Vgl. Kap. 36, 6.

vindicari] Subjekt ist *gentium ius.* Im Deutschen setzt man zu *vindicari* und *praetermissum* besser das Subjekt 'seine Verletzung' oder 'dies'.

8. *captique ac redempti*] Die Römer konnten das Kapitol nicht länger behaupten; es war so gut als eingenommen. Sie waren 'gefangen', und sie hatten den Vertrag über ihren Loskauf vollkommen verabredet, wenn er auch infolge der Dazwischenkunft des Camillus nicht ausgeführt wurde.

dedimus] Der Redner setzt hier u. nachher schonend die erste Pers. Plur. statt der zweiten, als wäre er dabei gewesen.

deinde] ungenau, indem das Folgende nicht erst nach dem Loskauf geschah.

9. *confugimus*] Man wich zwar zunächst auf den festesten Punkt zurück; jedoch war damit auch die Absicht verbunden, die Götter zu verteidigen (Kap. 39, 10).

terrae celavimus] Vgl. Kap. 40, 8. Der nachklassische Lokativ *terrae* heifst teils 'in die Erde' (Verg. G. 2, 290 *penitus terrae defigitur arbos,* Mor. 123 *terrae condit aratrum*; Flor. 1, 13, 11; Lucan. 1, 607) teils 'auf die Erde' (z. B. *terrae procumbere* Ov. Met. 2, 347 u. 5, 122).

et victoriam et antiquum belli decus amissum, et in hostes, qui caeci avaritia in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque et caedem.

Haec culti neglectique numinis tanta momenta in rebus 52
humanis cernentes ecquid sentitis, Quirites, quantum vixdum e naufragiis prioris culpae cladisque emergentes paremus nefas?
urbem auspicato inauguratoque conditam habemus; nullus locus 2
in ea non religionum deorumque est plenus; sacrificiis sollemnibus non dies magis stati quam loca sunt, in quibus fiant. hos 3
omnes deos publicos privatosque, Quirites, deserturi estis? quam par vestrum factum *ei* est, quod in obsidione nuper in egregio adulescente C. Fabio non minore hostium admiratione quam vestra conspectum est, cum inter Gallica tela degressus ex arce sollemne Fabiae gentis in colle Quirinali obiit? an 4
gentilicia sacra ne in bello quidem intermitti, publica sacra et Romanos deos etiam in pace deseri placet, et pontifices flaminesque neglegentiores publicarum religionum esse, quam privatus in sollemni gentis fuerit?

Forsitan aliquis dicat aut Veis ea nos facturos aut huc 5
inde missuros sacerdotes nostros, qui faciant; quorum neutrum fieri salvis caerimoniis potest. et ne omnia generatim sacra 6
omnesque percenseam deos, in Iovis epulo num alibi quam in

10. *foedus ac fidem*] den Vertrag u. das beim Abschlufs desselben gegebene Wort. Vgl. 1, 28, 9 *fidem ac foedera servare*.

52. 1. *momenta*] Einflüsse, Folgen.

ecquid sentitis] Diese Frage findet sich auch 3, 11, 12 und 4, 3, 8. *ecquid* neigt hin zur Bejahung (= *nonne*), wie *numquid* zur Verneinung.

2. *auspicato*] Kap. 14, 4.

inaugurato] nicht verschieden von dem Simplex *augurato* (nach Befragung des Auguriums). Vgl. 1, 18, 6 *Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est*. Das Wort erinnert an 1, 6, 4: *ut di auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt* etc.

religionum] fromme Gebräuche, Gottesdienst. § 4.

3. *privatos*] die Laren u. Penaten u. die Schutzgötter der Geschlechter (*gentes*).

quam par] *quam* (sonst 'wie sehr') steht hier ironisch, = wie wenig. 28, 42, 20 *quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa;* Cic. p. Sulla 33 *attende, quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei.*

sollemne] Substantiv, wie Kap. 1, 4.

4. *an*] Schlufs vom Kleineren auf das Gröfsere in der Form einer ironischen Frage.

publica sacra] den öffentlichen Gottesdienst, welcher von den Priestern des Staates geleitet wurde.

5. *quorum*] Zurückweisung der beiden fingierten Vorschläge, begründet in § 6–8.

6. *generatim*] nach den einzelnen Geschlechtern der Patrizier. Vgl. Caes. b. G. 1, 51, 2 *copias generatim constituerunt*; 7, 19, 2 *generatim distributi*.

in Iovis epulo] Während der *ludi plebei* hielt der Senat am 15. Nov. ein feierliches Banket auf dem Kapitol. An demselben nahmen auch die Götter des kapitolinischen Tempels teil, um ihre Freundschaft für die den Staat leitende Rats-

7 Capitolio pulvinar suscipi potest? quid de aeternis Vestae ignibus signoque, quod imperii pignus custodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancilibus vestris, Mars Gradive tuque Quirine pater? haec omnia in profano deseri placet sacra,
8 aequalia urbi, quaedam vetustiora origine urbis? et videte, quid inter nos ac maiores intersit. illi sacra quaedam in monte Albano Laviniique nobis facienda tradiderunt; — an ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra

versammlung zu bezeugen; Juppiter wurde auf einen *lectus* gesetzt (vgl. Kap. 13, 6), Juno u. Minerva auf Stühle u. ihnen Speisen aufgetragen.

pulvīnar] ein aus Kissen u. Decken zusammengefügter Sitz, namentlich für einen Gott. Die Phrase *pulvinar suscipi* findet sich nur hier u. scheint zu bedeuten 'einen Göttersitz aufstellen, einrichten'; vgl. § 12.

7. *quid loquar?*] Vgl. Kap. 5, 6.

signo] das Palladium, ein hölzernes Bild der Pallas, mit einem Speer in der Rechten und einer Spindel in der Linken. Es sollte vom Himmel gefallen, im Besitze der trojanischen Könige gewesen u. von Aeneas nach Italien gebracht worden sein. Es wurde im Tempel der Vesta aufbewahrt, u. sein Besitz galt als Bedingung und Bürgschaft für den Bestand des Staates (vgl. Ov. Fast. 6, 419—454). Beim Einbruch der Gallier war es wahrscheinlich vergraben worden (Kap. 40, 8).

de ancilibus] Das Wort *ancīle* ist gebildet aus *an* u. *caedo* (vgl. *solium* von *sedere*) und bezeichnet einen ovalen Schild, welcher auf den beiden längeren Seiten ausgeschnitten ist. Ein solcher soll auf ein Gebet des Numa als Unterpfand der Herrschaft vom Himmel gefallen sein. Der Schmied Mamurius fertigte noch elf andere an. Die Priester des Mars Gradivus, die Salii Palatini, trugen sie bei ihren Umzügen (1, 20, 4). Tullus Hostilius fügte zwölf Salii Quirinales hinzu (1, 27, 7).

in profano] 'auf entweihtem Boden', indem nach der Übersiedlung Veji als geweihte Stadt gelten, Rom seine durch den Einfall der Gallier geschädigte Weihe (vgl. Kap. 50, 2) ganz verlieren würde.

vetustiora] Der Dienst der Vesta wurde von Alba Longa nach Rom herübergenommen, soll doch Rhea Silvia eine Vestalin gewesen sein (1, 3, 11).

8. *et videte*] eine von Cicero nicht gebrauchte Form des Übergangs zu einem neuen Argument (Kap. 53, 3; 29, 17, 8).

in monte Albano] das Latinerfest (Kap. 17, 2); auch meinte man, dafs bei der Zerstörung von Alba Longa die Tempel stehen geblieben seien (1, 29, 6).

Lavinii] Lavinium soll von Aeneas gegründet und die Mutterstadt von Alba Longa sein. Der römische Cultus stammte also aus Lavinium u. Alba Longa, wurde jedoch durch den Zutritt der Sabiner unter Titus Tatius u. der Etrusker unter Caelius Vibenna umgestaltet u. durch Numa geordnet. Tatius soll bei einem Opfer zu Lavinium ermordet worden sein (1, 14, 2). Später opferten die römischen Flamines u. Augurn alljährlich am Fest der Penaten zu Lavinium im Namen des Volkes, ebenso die höheren Beamten nach Antritt ihres Amtes oder beim Abgang in die Provinzen. Vgl. z. B. Val. Max. 1, 6, 7: (*Mancinus consul in Hispaniam iturus*) *cum Lavinii sacrificium facere vellet, pulli cavea emissi in proximam silvam fugerunt.* Schwegler **1**, 318.

an] Es folgt ein Schlufs a minore ad maius in Form zweier asyndetischer Fragen. Wir ordnen die erste Frage als kausalen Nebensatz unter.

ex hostium urbibus] Diese Bezeichnung pafst wohl auf Alba Longa; dagegen ist von Feindseligkeiten

religiosum fuit, hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus?

Recordamini, agite dum, quotiens sacra instaurentur, quia 9
aliquid ex patrio ritu neglegentia casuve praetermissum est. modo quae res post prodigium Albani lacus nisi instauratio sacrorum auspiciorumque renovatio adfectae Veienti bello rei
publicae remedio fuit? at etiam, tamquam veterum religionum 10
memores, et peregrinos deos transtulimus Romam et instituimus novos. Iuno Regina transvecta a Veis nuper in Aventino quam insigni ob excellens matronarum studium celebri-
que dedicata est die? Aio Locutio templum propter caelestem 11
vocem exauditam in Nova via iussimus fieri; Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus, collegiumque ad id novum auctore
senatu condidimus. quid horum opus fuit suscipi, si una cum 12
Gallis urbem Romanam relicturi fuimus, si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis, sed ab hostibus metu retenti sumus?

De sacris loquimur et de templis; quid tandem de sacer- 13
dotibus? nonne in mentem venit, quantum piaculi committatur? Vestalibus nempe una illa sedes est, ex qua eas nihil umquam praeterquam urbs capta movit. flamini Diali noctem unam manere extra urbem nefas est. hos Veientis pro Roma-
nis facturi estis sacerdotes? et Vestales tuae te deserent, 14
Vesta, et flamen peregre habitando in singulas noctes tantum sibi reique publicae piaculi contrahet?

zwischen Rom u. Lavinium nichts bekannt. Auch nach der Ermordung des Titus Tatius wurde das Bündnis ohne einen Kampf erneuert (1, 14, 3.)

religiosum fuit] Vgl. Kap. 13, 8.

9. *instaurentur*] Vgl. Kap. 16, 11.

modo] 'noch jüngst', mit Nachdruck vorangestellt. 22, 14, 13.

auspiciorum renovatio] Vgl. Kap. 17, 3.

10. *at etiam*] einen stärkeren Grund einführend: als ob wir die alten Gottesdienste weiter zu führen gedächten, haben wir sogar in letzter Zeit die Zahl unserer Götter noch vermehrt.

Iuno . . . dedicata est] Man erwartet als Subjekt *aedes Iunonis*, wie Kap. 31, 3; doch scheint der Ausdruck berechtigt, weil bei der Herübernahme in den römischen Kult wohl auch das Götterbild einer Einweihung unterzogen wurde. Vgl. Hor. carm. 1, 31 *quid dedicatum poscit Apollinem vates?* Ov. Fast. 6, 637.

11. *ad id*] 'zu diesem Zwecke', = *ad eam rem* Kap. 50, 4.

12. *per tot menses*] nach Polybius 2, 22, 5 ἑπτὰ μῆνας; nach der Per. Liv. sechs Monate.

13. *de sacris loquimur*] Übergangsformel (wie Kap. 5, 8) zu einem neuen Punkte: die Priester dürfen nicht aufserhalb Roms verweilen.

de sacerdotibus] näml. *dicam?*

flamini Diali] Vgl. zu Kap. 39, 11; Gell. 10, 15. Erst Augustus milderte die Bestimmungen über den Flamen Dialis; er gestattete, dafs derselbe während eines Binoctiums aufserhalb der Stadt verweile, bei Kränklichkeit auch länger (Tac. Ann. 3, 71.)

14. *contrahet*] Da er ein öffentliches Amt hatte (§ 4), so mufste eine Verletzung seiner religiösen Pflichten nicht ihm allein, sondern auch dem Staate zur Last fallen.

15 Quid? alia, quae auspicato agimus, omnia fere intra
16 pomerium, cui oblivioni aut cui neglegentiae damus? comitia
curiata, quae rem militarem continent, comitia centuriata, qui-
bus consules tribunosque militares creatis, ubi auspicato, nisi
17 ubi adsolent, fieri possunt? Veiosne haec transferemus? an
comitiorum causa populus tanto incommodo in desertam hanc
ab dis hominibusque urbem conveniet?

53 'At enim apparet quidem *pollui om*nia nec ullis piaculis
expiari posse, sed res ipsa cogit vastam incendiis ruinisque
relinquere urbem et ad integra omnia Veios migrare nec hic
2 aedificando inopem plebem vexare.' hanc autem iactari magis
causam quam veram esse, ut ego non dicam, apparere vobis,
Quirites, puto, qui meministis ante Gallorum adventum, salvis
tectis publicis privatisque, stante incolumi urbe, hanc eandem
3 rem actam esse, ut Veios transmigraremus. et videte, quan-
tum inter meam sententiam vestramque intersit, tribuni. vos,
etiamsi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum puta-
tis; ego contra — nec id mirati sitis, priusquam quale sit
audieritis —, etiamsi tum migrandum fuisset incolumi tota
4 urbe, nunc has ruinas relinquendas non censerem. quippe
tum causa nobis in urbem captam migrandi victoria esset,
gloriosa nobis ac posteris nostris; nunc haec migratio nobis
5 misera ac turpis, Gallis gloriosa est. non enim reliquisse

15. *omnia fere*] Dieser Zusatz war nötig, weil die Centuriatkomitien nie innerhalb der Ringmauern gehalten wurden (vgl. Gell. 15, 27, 4), in der Regel auf dem Marsfeld.

16. *quae . . . continent*] In den Kuriatkomitien, welche (aufser dem Kap. 46, 10 erwähnten Falle) auf dem Comitium gehalten wurden, übertrugen die Patrizier den neu gewählten Beamten das Imperium.

ubi adsolent] scil. *fieri.* Sie können nur mit Billigung der Götter bei den Auspizien und an den für sie einmal inaugurierten Orten gültig gehalten werden.

53. 1. *at enim,* 'aber freilich', erhebt einen Einwand, um ihn sofort zu widerlegen (eine bei Livius häufige Form der Occupatio), z. B. 21, 40, 8 *at enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque;* 42, 41, 12 *at enim bello quidem iusto sum persecutus, sed vinci non oportuit eum.*

pollui] durch die Auswanderung nach Veji.

2. *ut ego non dicam*] ebenso Cic. Verr. 5, 179, 'gesetzt auch, dafs ich davon schweige'.

actam esse] Vgl. Kap. 24, 5 und 49, 8.

3. *nec* leitet eine Parenthese ein (wie oft *et*) u. verbietet zugleich.

migrandum fuisset] Der erste Satz mit *etiamsi* (= *quamquam,* wenn auch) entspricht der Wirklichkeit u. ist blofs in der Verbindung mit *putatis* in den Konj. getreten (= *faciendum non censuerim*); der zweite ('auch wenn') ist unabhängig und stellt eine der Wirklichkeit widersprechende Bedingung (= *si tum migrandum esse censuissem*).

4. *esset*] nicht *fuisset,* indem der Sieg auch jetzt noch, nach der Auswanderung, der Grund derselben wäre. Also ist *tum* hier nicht temporal (= damals) aufzufassen, sondern es vertritt eine Bedingung ('dann') u. *migrandi* steht von etwas Vergangenem.

est] Man erwartet *erit,* wie nachher *videbimur* folgt. Doch ist *est*

victores, sed amisisse victi patriam videbimur, hoc ad Aliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumsessum Capitolium necessitatis imposuisse, ut desereremus penatis nostros exiliumque ac fugam nobis ex eo loco consisceremus, quem tueri non possemus; et Galli evertere potuerunt Romam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse. quid restat, nisi 6
ut, si iam novis copiis veniant — constat enim vix credibilem multitudinem esse — et habitare in capta ab se, deserta a vobis hac urbe velint, sinatis? quid? si non Galli hoc, sed 7
veteres hostes vestri, Aequi Volscive, faciant, ut commigrent Romam, velitisne illos Romanos, vos Veientes esse? an malitis hanc solitudinem vestram quam urbem hostium esse? non equidem video, quid magis nefas sit. haec scelera, quia piget aedificare, haec dedecora pati parati estis? si tota urbe nul- 8
lum melius ampliusve tectum fieri possit, quam casa illa conditoris est nostri, non in casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius inter sacra penatesque nostros quam exulatum publice ire? maiores nostri, convenae pastoresque, cum in his 9
locis nihil praeter silvas paludesque esset, novam urbem tam brevi aedificarunt; nos Capitolio atque arce incolumi, stantibus templis deorum aedificare incensa piget? et quod singuli facturi fuimus, si aedes nostrae deflagrassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere?

berechtigt, indem die Auswanderung schon bei der Veranstaltung derselben, nicht blofs nach der Ausführung schmählich ist.

5. *necessitatis*] abhängig von dem dreimaligen *hoc*.

capta] vor dem Substantiv, weil betont; durch ein Substant. wiederzugeben.

imposuisse] = *nobis imposuisse videbuntur*.

et Galli] Erklärung des Gegensatzes in § 4 *Gallis gloriosa*. Um auf *Galli* Gewicht zu legen, erhielt der erste Teil des Satzes die Form des Hauptsatzes statt des zweiten.

6. *si iam*] wenn jetzt. 22, 59, 13.

7. *hoc ... faciant, ut commigrent*] rhetorische Umschreibung statt *si commigrent*; ebenso 3, 72, 5; ohne *hoc* 10, 15, 10 und 36, 29, 9; mit *id* 6, 42, 13.

hanc solitudinem] dieses (= dieser Ort) als Wüste.

quid] nicht *utrum*. Der Sinn ist: es giebt nichts Frevelhafteres als diese zwei Dinge, wenn der Ort öde bleibt oder die Feinde sich da niederlassen.

8. *casa illa*] Es gab zwei mit Stroh bedeckte Hütten, in welchen Romulus gewohnt haben sollte, die eine auf dem Germālus, einer Einsenkung auf der Westseite des Palatin, die andere auf dem Kapitol. Die erstere war wohl von den Galliern niedergebrannt worden.

non] statt *nonne*, in einer verwunderten Frage, welche den Nachsatz zu einem Bedingungssatz bildet: 4, 4, 7; 40, 14, 4.

inter] 'mitten unter, umgeben von'. Kap. 54, 5.

publice] d. h. *rem publicam*.

9. *templis*] der Tempel des Juppiter Optimus Maximus auf dem Kapitol.

piget] Die Schlufsform ist dieselbe, wie Kap. 4, 11.

facturi fuimus] = *fecissemus*. Livius liebt die Coniugatio periphrastica in den Folgerungssätzen zu irrealen Bedingungssätzen der Vergangenheit: 1, 7, 5 und 40, 4; 2,

54 Quid tandem? si fraude, si casu Veis incendium ortum
sit ventoque, ut fieri potest, diffusa flamma magnam partem
urbis absumat, Fidenas inde aut Gabios aliamve quam urbem
2 quaesituri sumus, quo transmigremus? adeo nihil tenet solum
patriae nec haec terra, quam matrem appellamus, sed in super-
3 ficie tignisque caritas nobis patriae pendet? equidem fatebor
vobis, etsi minus iniuriae vestrae quam meae calamitatis memi-
nisse iuvat: cum abessem, quotienscumque patria in mentem
veniret, haec omnia occurrebant, colles campique et Tiberis
et assueta oculis regio et hoc caelum, sub quo natus educa-
tusque essem; quae vos, Quirites, nunc moveant potius cari-
tate sua, ut maneatis in sede vestra, quam postea, cum reli-
4 queritis eam, macerent desiderio. non sine causa di homines-
que hunc urbi condendae locum elegerunt, saluberrimos colles,
flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deve-
hantur, quo maritimi commeatus accipiantur, mare vicinum
ad commoditates nec expositum nimia propinquitate ad peri-
cula classium externarum, regionem Italiae mediam, ad in-
5 crementum urbis natum unice locum. argumento est ipsa
magnitudo tam novae urbis. trecentesimus sexagesimus quin-
tus annus urbis, Quirites, agitur; inter tot veterrimos popu-
los tam diu bella geritis, cum interea, ne singulas loquar

1, 4; 22, 24, 6; 28, 28, 11; 37, 14, 5; 38, 47, 4. Kap. 51, 1.

54. 1. *fraude*] auch bei Cicero zuweilen in der allgemeineren Bedeutung 'Verbrechen, Tücke'.

2. *tenet*] 'hält fest, fesselt', scil. *nos.* 21, 26, 7 *quos sedes suae tenuerant.*

superficie] nicht blofs 'Oberfläche', sondern alles, was über den Boden hinausragt, hier 'die Bauten'. Digest. 41, 3, 23 *cum aedes ex duabus rebus constent, ex solo et superficie.*

tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo
se ipsi, vallum congestis arboribus saepirent, ne qua intrare
ad munimenta hostis posset.

Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in obiectam saepem 10
coici iussit. et forte erat vis magna venti versa in hostem.

5. *placuit*] näml. *senatui.*
dici] 'ernannt werde', näml. von einem der Konsulartribune.
6. *Ahālam*] Konsulartribun 408, 407, 402, Reiteroberst 408.
magistrum equitum] Der Diktator war ursprünglich Anführer des Fufsvolkes (*magister populi*) und begann daher seine Amtshandlungen regelmäfsig mit der Ernennung eines Reiterobersten.
iuniorum] vom 18. bis 46. Jahr, *seniores* von da bis zum 60. Jahr. Die *seniores* wurden meist nur zur Bewachung der Stadt aufgeboten (1, 43, 2; 5, 10, 4); wegen der geringen Zahl der Bürger und der Gröfse der Gefahr zieht aber hier auch ein Teil der *seniores* mit zu Felde.
ita, ut Bestimmung und Erweiterung des Vorhergehenden ('jedoch').
in verba sua] Sie leisteten den Diensteid, das *sacramentum*, was gewöhnlich durch die Formel *in verba iurare* bezeichnet wird (3, 20, 3; 22, 11, 8). Vgl. 7, 16, 8 *per milites iuratos in consulis verba.*
centuriaret] d. h. er bildete aus den Seniores besondere Centurien (10, 21, 4).

8. *tribuni*] Plur., indem der Gedanke ist: *tribuni militum praepositi, his A. Manlius, illis L. Aemilius.*
ad Mecium] Wahrscheinlich ist *castellum* zu ergänzen. Vielleicht war die 332 v. Chr. errichtete *tribus Maecia* (8, 17, 11) nach diesem Orte benannt.
oppugnare est adortus] Dieselbe Phrase Kap. 8, 9 und 2, 62, 1; *adorior* mit Inf. auch 3, 44, 4 zuweilen bei Nepos, einmal bei Cicero.
9. *ab contemptu*] *ab* wird von Livius oft gebraucht zur Bezeichnung der Veranlassung oder des Beweggrundes. 3, 15, 7. 4, 31, 9. 5, 5, 3. Kap. 3, 8; 4, 8; 5, 6; 9, 9.
crederent] Der Konjunktiv steht vermöge einer Art Attraktion, weil er bei Weglassung dieses Verbs eintreten würde: *quod prope omnis deleta a Gallis Romana iuventus esset.*
auditus] im Deutschen Substantiv, 'die Nachricht'.
10. *erat*] selbständiges Verb, 'wehte'.
vis] im Deutschen ein Adjektiv, 'heftig'.

11 itaque non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra
tendentibus vapore etiam ac fumo crepituque viridis materiae
flagrantis ita consternavit hostes, ut minor moles superantibus
vallum militibus munitum in castra Volscorum Romanis fuerit,
quam transcendentibus saepem incendio absumptam fuerat.
12 fusis hostibus caesisque cum castra impetu cepisset dictator,
praedam militi dedit, quo minus speratam minime largitore
13 duce, eo militi gratiorem. persecutus deinde fugientes cum
omnem Volscum agrum depopulatus esset, ad deditionem Vol-
14 scos septuagesimo demum anno subegit. victor ex Volscis in
Aequos transiit et ipsos bellum molientes; exercitum eorum
ad Bolas oppressit, nec castra modo, sed urbem etiam ad-
gressus impetu primo cepit.

3 Cum in ea parte, in qua caput rei Romanae Camillus erat,
ea fortuna esset, aliam in partem terror ingens ingruerat.
2 Etruria prope omnis armata Sutrium, socios populi Romani,
obsidebat; quorum legati opem rebus adfectis orantes cum
senatum adissent, decretum tulere, ut dictator primo quoque
3 tempore auxilium Sutrinis ferret. cuius spei moram cum pati
fortuna obsessorum non potuisset confectaque paucitas oppida-
norum opere, vigiliis, vulneribus, quae semper eosdem urge-
bant, per pactionem urbe hostibus tradita inermis cum sin-
gulis emissa vestimentis miserabili agmine penates relinqueret,

11. *aperuit viam*] poetische Phrase. Verg. Aen. 11, 884; Liv. 6, 35, 3; 7, 33, 9; 38, 7, 9. Tac. Ann. 2, 21.
vapore] Qualm, Hitze.
militibus] Abl. instr., 'durch die Soldaten geschützt, besetzt'. Vgl. 3, 37, 6 *decemviri patriciis iuvenibus saepserant latera.*
12. *minime largitore duce*] Camillus galt nicht als freigebig gegen das Heer, weil er über die Beute in Veji einen Senatsbeschlufs einholte und sie dann den Soldaten schmälerte, indem er den zehnten Teil derselben dem delphischen Apollo gelobte und die Kriegsgefangenen für die Staatskasse vorwegnahm.
13. *septuagesimo anno*] Wie der Gewährsmann des Livius rechnete, läfst sich nicht einsehen (vgl. den Anhang).
subegit] = *coëgit*, auch 9, 1, 4 und 41, 3 mit *ad* verbunden. Der Ausdruck *ad deditionem Volscos subegit* übertreibt; die Volsker blieben ein unabhängiger Staat.
14. *et ipsos*] = *ipsos quoque*, gleichfalls.
3. 2. *socios*] freie Apposition statt *oppidum sociorum.* Wann Sutrium in ein Bundesverhältnis zu Rom getreten ist, giebt Livius nirgends an. Wahrscheinlich geschah dies 395 v. Chr., ein Jahr nach dem Sturze Veji's, da Capena und Falerii zu einem Friedensschlusse gezwungen wurden (5, 24, 3 und 27, 15).
adfectis] angegriffen, erschöpft. 5, 10, 9 und 18, 4.
tulere] 'bewirkten, erlangten', mit *decretum* verbunden in Analogie zur Redensart *responsum ferre,* 'eine Antwort erhalten'.
3. *spei moram*] die Verzögerung der Hoffnung, d. h. des Gehofften.
per pactionem] vertragsweise, = § 10 *per condiciones.*
cum singulis vestimentis] Um Leben und Freiheit zu retten, mufsten sie sich dazu verstehen, *inermes nudique* (3, 23, 5; vgl. 10, 36, 14) abzuziehen, d. h. indem

eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano intervenit. cui 4
cum se maesta turba ad pedes provolvisset principumque
orationem necessitate ultima expressam fletus mulierum ac
puerorum, qui exilii comites trahebantur, excepisset, parcere
lamentis Sutrinos iussit: Etruscis se luctum lacrimasque ferre.
sarcinas inde deponi Sutrinosque ibi considere modico prae- 5
sidio relicto, arma secum militem ferre iubet. ita expedito
exercitu profectus ad Sutrium, id quod rebatur, soluta omnia
rebus, ut fit, secundis invenit, nullam stationem ante patentis
portas, victorem vagum praedam ex hostium tectis egerentem.
Iterum igitur eodem die Sutrium capitur; victores Etrusci 6
passim trucidantur ab novo hoste, neque se conglobandi coë-
undique in unum aut arma capiundi datur spatium. cum pro 7
se quisque tenderent ad portas, si qua forte se in agros eicere
possent, clausas — id enim primum dictator imperaverat —
inveniunt. inde alii arma capere, alii, quos forte armatos 8
tumultus occupaverat, convocare suos, ut proelium inirent;
quod accensum ab desperatione hostium fuisset, ni praecones
per urbem dimissi poni arma et parci inermi iussissent, nec
praeter armatos quemquam violari. tum etiam quibus animi 9
in spe ultima obstinati ad decertandum fuerant, postquam data
spes vitae est, iactare passim arma inermesque, quod tutius

jeder nur mit einem Kleidungsstücke bedeckt sein durfte, während sonst der Anzug aus einem Oberkleid und einem Unterkleid bestand (vgl. z. B. 9, 4, 3; 5, 12; 15, 6; 42, 7).

4. *eo tempore*] nachdrücklich den Zeitpunkt der Haupthandlung markierend, wozu sonst oft *tum* im Nachsatze steht.

se provolvisset] selten in dieser Bedeutung, = *se abiecisset.* 34, 11, 5 *flentes ad genua consulis provolvuntur.*

luctum lacrimasque] allitterierende Verbindung. Cic. Verr. 5, 138 *in parentum luctu atque lacrimis,* p. Sulla 91 *quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad luctum et lacrimas reciderunt!*

5. *ita*] d. h. *sarcinis depositis.*

soluta omnia] ʻalles in völliger Auflösung', indem alle militärische Ordnung und Leitung aufgehoben war.

ut fit] auch Kap. 21, 7 = *ut fieri solet, ut fere fit,* näml. *ut omnia rebus secundis solvantur.*

6. *in unum*] pleonastische Verstärkung, welche oft zu den mit *con* zusammengesetzten Verben hinzugesetzt wird, auch bei Cicero (dagegen bei Caesar *in unum locum*).

7. *tenderent*] statt des Kompositums *contenderent*, oft bei Dichtern und bei Livius.

si] ʻob', d. h. um zu versuchen, ob.

8. *forte*] hier = *casu;* dagegen in Sätzen mit *si*, wie § 7, steht es regelmäſsig statt *fortasse.*

occupaverat] überrascht, betroffen hatte. Kap. 12, 10.

ab] ʻinfolge'. Kap. 2, 9.

fuisset] = *esset.* Livius bildet das Plusqpf. Pass. oft mit *fueram, fuissem* statt mit *eram, essem.*

9. *quibus*] Davor ergänze man das Subjekt *ei.*

in spe ultima] näml. *salutis* oder *vitae,* ʻin der äuſsersten Hoffnungslosigkeit', was vorher *desperatio* hieſs.

ad decertandum] bis zu Ende zu streiten, bis aufs äuſserste zu kämpfen.

10 fortuna fecerat, se hosti offerre. magna multitudo in custodias divisa; oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli, quia non vi captum, sed traditum per condiciones fuerat.

4 Camillus in urbem triumphans rediit trium simul bellorum
2 victor. longe plurimos captivos ex Etruscis ante currum duxit; quibus sub hasta venumdatis tantum aeris redactum est, ut pretio pro auro matronis persoluto ex eo, quod supererat, tres
3 paterae aureae factae sint, quas cum titulo nominis Camilli ante Capitolium incensum in Iovis cella constat ante pedes Iunonis positas fuisse.

4 Eo anno in civitatem accepti, qui Veientium Capenatiumque ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos,
5 agerque his novis civibus adsignatus. revocati quoque in urbem senatus consulto a Veis, qui aedificandi Romae pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios se contulerant. et primo fremitus fuit aspernantium imperium; dies deinde praestituta capitalis-

10. *in custodias*] in Wachtlokale, d. h. in verschiedene Gebäude der Stadt, welche zur Bewachung der Kriegsgefangenen benutzt wurden.

4. 1. *trium simul bellorum*] näml. mit den Volskern (Kap. 2, 13), Aequern (2, 14) und Etruskern.

bellorum victor] Vgl. 45, 36, 7 *L. Paulum tanti belli victorem;* Tac. Ann. 4, 18 *Sacroviriani belli victor.*

2. *sub hasta*] oft mit *vendere, venire, venumdare* verbunden, Bezeichnung der Versteigerung von Staatsgut, namentlich Kriegsbeute; weil dabei ein Spiefs aufgestellt wurde. 4, 29, 4. 5, 16, 7.

matronis] Sie hatten 395 v. Chr. Gold zusammengelegt für das dem delphischen Apollo bestimmte Weihgeschenk (5, 25, 10); auch vgl. 5, 50, 7 *cum in publico deesset aurum, ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acceperant, ut sacro auro abstineretur;* ibid. 6 *aurum, quod Gallis ereptum erat, sacrum omne iudicatum et sub Iovis sella poni iussum.*

3. *titulo nominis*] Namensaufschrift.

Capitolium incensum] Am 6. Quinctilis 83 v. Chr. wurde ein Teil des Kapitols durch einen Brand zerstört. Der Neubau des kapitolinischen Tempels wurde 69 v. Chr. vollendet.

in Iovis cella] Der kapitolinische Tempel enthielt drei durch Wände geschiedene Kapellen, des Juppiter Optimus Maximus, der Juno und Minerva. Es scheint nach unserer Stelle, dafs in der *cella Iovis* neben Juppiter auch Juno auf einem Throne safs.

4. *in civitatem*] ins volle Bürgerrecht.

per ea bella] während der Kriege mit Veji, Capena und Falerii 396—395 v. Chr.

transfugerant] Aus diesen Neubürgern wurden zwei Jahre nachher (vgl. Kap. 5, 8) vier neue Tribus errichtet. Es sind daher hier nicht einzelne Ueberläufer gemeint, sondern eine grofse Zahl der Bewohner des Gebietes der drei genannten Städte, welche zu den Römern übergetreten war.

adsignatus] weil noch damals die Stellung der römischen Bürger in den Klassen zunächst von dem Werte ihres Grundeigentums abhängig war.

5. *a Veis*] Nom. *Vei,* Gen. *Veiorum,* Dat *Veis,* Acc. *Veios.*

pigritia] 'Widerwillen' mit Gen. Ger. Vgl. 1, 31, 5 *p. militandi*; 5, 48, 3 *p. singulos sepeliendi.*

praestituta] näml. *ad remigran-*

poena, qui non remigrasset Romam, ex ferocibus universis
singulos, metu suo quemque, oboedientes fecit. et Roma cum 6
frequentia crescere, tum tota simul exsurgere aedificiis, et re
publica impensas adiuvante, et aedilibus velut publicum exigen-
tibus opus, et ipsis privatis — admonebat enim desiderium
usus — festinantibus ad effectum operis; intraque annum nova
urbs stetit.

Exitu anni comitia tribunorum militum consulari potestate 7
habita. creati T. Quinctius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas
quintum, L. Iulius Iulus, L. Aquilius Corvus, L. Lucretius
Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus. exercitum alterum in Aequos, 8
non ad bellum — victos namque se fatebantur —, sed ab
odio ad pervastandos fines, ne quid ad nova consilia relin-
queretur virium, duxere, alterum in agrum Tarquiniensem. ibi 9
oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra vi capta. ad Cor-
tuosam nihil certaminis fuit: improviso adorti primo clamore
atque impetu cepere; direptum oppidum atque incensum est.
Contenebra paucos dies oppugnationem sustinuit, laborque 10
continuus, non die, non nocte remissus, subegit eos. cum in
sex partes divisus exercitus Romanus senis horis in orbem
succederet proelio, oppidanos eosdem integro semper certamini

dum. Zu *dies praestituta* vgl. 3, 22, 4; 10, 20, 16; 45, 11, 11. Auch zu *poena* ist ein Particip zu denken.

qui non remigrasset] = *eis, qui non remigrassent* oder *si quis non remigrasset.*

ex ferocibus universis] aus denen, welche in ihrer Vereinigung widerspenstig gewesen waren.

6. *tota*] in seiner ganzen Ausdehnung, überall.

adiuvante] tragen half, an . . . beitrug.

exigentibus] einfordern, wie die Censoren die Fertigstellung vergebener Bauten forderten, d. h. betreiben.

usus] Benützung, Gen.

Kap. 4, 7—6, 3. Die Jahre 366 und 367 der Stadt: Krieg mit Tarquinii; innere Angelegenheiten (Bildung von vier neuen Tribus).

7. *T. Quinctius*] auch 384 v. Chr. Konsulartribun (Kap. 18, 1), 380 Diktator (Kap. 28, 3).

Q. Servilius] Er bekleidete das Konsulartribunat sechsmal (402, 398, 395, 390, 388, 386).

L. Julius] auch 379 v. Chr. Konsulartribun (Kap. 30, 2).

L. Lucretius] Konsul 393 v. Chr., viermal Konsulartribun (391, 388, 383, 381).

Ser. Sulpicius] auch 384 und 383 Konsulartribun.

8. *fatebantur*] mit doppeltem Acc., wie 3, 19, 6 *hostem se fatendo.* — Die Aequer erscheinen erst im J. 304 wieder im Kriege mit Rom.

ab odio] Vgl. Kap. 2, 9.

in agrum Tarquiniensem] in welchem nach dem Zusammenhang die Städtchen Cortuosa und Contenebra lagen, die also von Tarquinii abhängig waren.

10. *laborque*] *einige . . . doch.* Kap. 16, 5; 21, 9.

eos] κατὰ σύνεσιν statt *eam.*

cum] *Asyndeton explicativum.*

in orbem] 'im Kreise herum', so dass jede Abteilung eine Stunde lang den Angriff führte. 5, 19, 11 *in partes sex munitorum numerum divisit; senae horae in orbem operi attributae sunt.*

proelio] = *proeliantibus*, die Kämpfenden ablöste, d. h. in den Kampf rückte.

paucitas fessos obiceret, cessere tandem, locusque invadendi
11 urbem Romanis datus est. publicari praedam tribunis placebat;
sed imperium quam consilium segnius fuit: dum cunctantur,
iam militum praeda erat, nec nisi per invidiam adimi poterat.
12 Eodem anno, ne privatis tantum operibus cresceret urbs,
Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus vel
in hac magnificentia urbis conspiciendum.

5 Iam et tribuni plebis civitate aedificando occupata con-
2 tiones suas frequentare legibus agrariis conabantur. ostenta-
batur in spem Pomptinus ager, tum primum post accisas a
3 Camillo Volscorum res possessionis haud ambiguae. crimina-
bantur multo eum infestiorem agrum ab nobilitate esse, quam
a Volscis fuerit: ab illis enim tantum, quoad vires et arma
4 habuerint, incursiones eo factas; nobiles homines in posses-
sionem agri publici grassari nec, nisi, antequam omnia prae-
5 cipiant, divisus sit, locum ibi plebi fore. haud magno opere
plebem moverunt et infrequentem in foro propter aedificandi
curam et exhaustam impensis eoque agri immemorem, ad quem
instruendum vires non essent.

6 In civitate plena religionum, tunc etiam ab recenti clade

urbem] Man erwartet *in urbem*, 'in die Stadt einzubrechen'; *invadere* mit Acc. heifst gewöhnlich 'angreifen'.

11. *tribunis*] näml. *militum consulari potestate.*

quam consilium] 'als ihre Absicht', ungewöhnlich vor den Komparativ gesetzt, wie zuweilen bei Livius. Kap. 10, 4; 15, 10.

12. *ne*] Warum dieser Unterbau gerade in jener Zeit der Not ausgeführt wurde, ist nicht klar. Er hatte den Zweck, die überhängenden Felsen des Kapitols zu stützen und das Hinaufsteigen (vgl. 5, 47, 2) unmöglich zu machen.

magnificentia] oft von Bauten: Grofsartigkeit, Pracht (1, 55, 9; 56, 2; 57, 1).

conspiciendum] Dafs die Mauer auch in späterer Zeit noch 'sehenswürdig' war, bezeugt auch Plinius (36, 104).

5. 1. *frequentare*] ihren Reden an das Volk Zuhörer zu verschaffen, ihre Volksversammlungen zu beleben.

legibus] rhetorischer Plural, indem blofs ein Vorschlag gemacht wurde.

2. *in spem*] 'in Aussicht' stellen.

Pomptinus ager] ein fruchtbarer Landstrich im Osten der pomptinischen Sümpfe, früher bald im Besitze der Römer, bald der Volsker.

3. *criminabantur*] näml. *tribuni plebis.*

infestiorem] 'mehr bedroht, gefährdet', wegen der passiven Bedeutung mit *ab* verbunden. 10, 46, 9 *regio ea infesta ab Samnitibus erat.*

4. *nobiles*] Alles Staatsland, welches nicht durch specielle Gesetze für Plebejer bestimmt worden war, wurde bisher von den Patriziern (oder *nobiles*) in Besitz genommen.

grassari] ein bei Livius häufiges Wort, 'verfahren, wüten gegen', hier 'sich in den Besitz setzen'.

5. *haud magno opere*] 'nicht gar sehr, nicht sonderlich'. Kap. 22, 7.

vires] die Mittel (vgl. 21, 1, 2; 23, 41, 6) zur Anpflanzung der Felder, zur Herstellung landwirtschaftlicher Gebäulichkeiten, zur Anschaffung von Vieh und Geräten, das Betriebskapital.

6. *religionum*] Die römische Bürgerschaft liefs sich überhaupt von religiösen Gefühlen beherrschen;

superstitiosis principibus, ut renovarentur auspicia, res ad
interregnum rediit. interreges deinceps M. Manlius Capitolinus,
Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. hic demum 7
tribunorum militum consulari potestate comitia habuit. L. Pa-
pirium, *C. Cornelium*, C. Sergium, L. Aemilium iterum, L.
Menenium, L. Valerium Publicolam tertium creat. ii ex inter-
regno magistratum occepere.

Eo anno aedis Martis Gallico bello vota dedicata est a 8
T. Quinctio duumviro sacris faciendis. tribus quattuor ex novis
civibus additae: Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis;
eaeque viginti quinque tribuum numerum explevere.

De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad 6
frequentiorem iam populum mobilioremque ad cupiditatem agri,
quam fuerat. et de Latino Hernicoque bello mentio facta in 2
senatu maioris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata
est. res ad Camillum tribunum militum consulari potestate 3

auch waren damals infolge der Niederlage an der Alia die Vornehmen abergläubisch. Doch ist damit nicht erklärt, warum jetzt eine Erneuerung der Auspizien durch ein Interregnum (vgl. Kap. 1, 5) angeordnet wurde, während dies im vorhergehenden Jahre nicht geschehen war (Kap. 4, 7).

deinceps] scil. *fuere*. 3, 32, 5. 4, 30, 3. 5, 43, 2.

M. Manlius] der Retter des Kapitols, 392 Konsul mit *L. Valerius Potitus*. Letzterer war vorher fünfmal Konsulartribun gewesen und hatte zwei angesehene Söhne, den Lucius (Kap. 1, 8) und den Publius (Kap. 6, 3).

Ser. Sulpicius] 393 v. Chr. Konsul, 391 Konsulartribun.

7. *L. Papirium*] scil. *Cursorem*, 392 v. Chr. Censor (zu Kap. 27, 4), auch 385 Konsulartribun.

C. Sergium] auch 385 und 380 Konsulartribun.

L. Aemilium] Vgl. Kap. 1, 8.

L. Menenium] *Lanatum*, auch 380 und 378 Konsulartribun.

occepere] = *inierunt*. Das altertümliche Wort *occipere* findet sich oft bei Livius, namentlich mit dem Objekt *magistratum* (3, 19, 2 und 55, 1. 4, 37, 3. 5, 9, 1; 11, 11; 32, 1. 23, 31, 13. 41, 17, 6).

8. *aedis Martis*] vor der Porta Capena, östlich von der Via Appia, zwischen dem ersten und zweiten Meilenstein. 7, 23, 3; 10, 23, 12. Ov. Fast. 6, 191.

T. Quinctio] Vgl. Kap. 4, 7 und 11, 1. Die *duumviri sacris faciendis* waren die Bewahrer der sibyllinischen Bücher (Kap. 37, 12. 3, 10, 7). Vermutlich wurden diese mit der Einweihung des Marstempels beauftragt. Sonst war es Regel, dafs das Volk eigene *duumviri aedis dedicandae causa* wählte, darunter denjenigen, welcher den zu weihenden Tempel im Namen des Staates gelobt hatte (vgl. 2, 27, 6; 42, 5. 7, 28, 5. 23, 31, 9).

tribus] Die 21. Tribus war im J. 495 errichtet worden (2, 21, 7). Die Namen der Tribus waren sonst von römischen Gentes entlehnt (z. B. Aemilia, Claudia, Fabia), die neuen Namen dagegen sind von Oertlichkeiten abgeleitet, die *Stellatina* vom Campus Stellatinus bei Capena, die *Sabatina* vom Lacus Sabatinus (jetzt lago di Bracciano). Die Lage der Tromentina und Arniensis ist nicht näher bekannt.

6. 1. *mobiliorem*] leichter erregbar.

2. *mentio*] als Subjekt zu *dilata est* konstruiert, während eigentlich 'die Verhandlung über den Gegenstand' verschoben wurde.

3. *res . . . rediit*] Sowohl dieser

rediit; collegae additi quinque: Ser. Cornelius Maluginensis,
Q. Servilius Fidenas sextum, L. Quinctius Cincinnatus, L. Ho-
ratius Pulvillus, P. Valerius.
4 Principio anni aversae curae hominum sunt a bello Etrusco,
quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente inlatum in
urbem attulit Antiates in armis esse, Latinorumque populos
5 iuventutem suam misisse ad id bellum, eo abnuentes publicum
fuisse consilium, quod non prohibitos tantummodo voluntarios
dicerent militare, ubi vellent.
6 Desierant iam ulla contemni bella. itaque senatus dis
agere gratias, quod Camillus in magistratu esset: dictatorem
quippe dicendum eum fuisse, si privatus esset. et collegae
fateri regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat,
7 in viro uno esse, sibique destinatum in animo esse Camillo
submittere imperium, nec quicquam de maiestate sua detractum
credere, quod maiestati eius viri concessissent. collaudatis ab
senatu tribunis et ipse Camillus, confusus animo, gratias egit.
8 Ingens inde ait onus a populo Romano sibi, qui se dic-
tatorem iam quartum creasset, magnum ab senatu talibus de

Satz als das Verbum *additi* schreiben dem Camillus die Leitung der Staatsangelegenheiten im nächstsn Jahre zu.

Ser. Cornelius] Er war nachher noch sechsmal Konsulartribun (384, 382, 380, 376, 370, 368).

Q. Servilius] Vgl. Kap. 4, 7.

L. Quinctius] wahrscheinlich auch 385 und 377 Konsulartribun.

P. Valerius] *L. f.* (d. h. Luci filius) *Potitus Publicola* (vgl. Kap. 5, 6), später noch fünfmal Konsulartribun (384, 380, 377, 370, 367). Er hatte zwei Söhne, Marcus und Publius, welche später das Konsulat bekleideten (355 und 352 v. Chr.).

Kap. **6**, 4—**10**, 9. Das Jahr 368 der Stadt (386 v. Chr.): Krieg mit den Volskern und Etruskern.

4. *agmen*] Leute (Klienten) der Patrizier, welche einen Teil des Ager Pomptinus okkupiert hatten.

Antiates] Die Volskerstadt Antium wurde 468 v. Chr. von den Römern erobert und daselbst eine römische Kolonie angelegt; gleichwohl machte Antium oft gemeinsame Sache mit den Volskern gegen die Römer.

ad id bellum] zu einem Raubzuge in den Ager Pomptinus.

5. *eo . . . quod*] dadurch . . . dafs, insofern . . . als.

dicerent] Die Fliehenden behaupten, die latinischen Völkerschaften hätten nach öffentlichem Beschlufs den Antiaten Mannschaft geschickt, bedienten sich aber der Ausrede, dafs blofs Freiwillige nicht zurückgehalten worden seien.

7. *in animo*] Vgl. 21, 44, 9 *destinatum in animo;* dagegen 27, 47, 9 *in destinatis iam ante animo latebris* und stets *destinare animis* (7, 33, 13; 9, 16, 19; 28, 24, 3). — Obwohl Camillus den übrigen Konsulartribunen gesetzlich gleichgestellt ist, ordnen diese demselben ihre Gewalt unter und betrachten ihn wie einen Diktator.

confusus] 'bestürzt, verlegen', aus Bescheidenheit; anders Kap. 34, 8.

8. *quartum*] Irrtum statt *tertium.* Camillus bekleidete jetzt zum vierten Mal das Konsulartribunat; Diktator aber war er dreimal gewesen (vgl. zu Kap. 1, 4).

creasset] Der Diktator wurde nicht von der Volksversammlung

se iudiciis eius ordinis, maximum tam honorato collegarum
obsequio iniungi. itaque si quid laboris vigiliarumque adici 9
possit, certantem ipsum secum adnisurum, ut tanto de se con-
sensu civitatis opinionem, quae maxima sit, etiam constantem
efficiat. quod ad bellum atque Antiates attineat, plus ibi 10
minarum quam periculi esse; se tamen, ut nihil timendi, sic
nihil contemnendi auctorem esse. circumsederi urbem Romanam 11
ab invidia et odio finitimorum; itaque et ducibus pluribus et
exercitibus administrandam rem publicam esse.

'Te' inquit, 'P. Valeri, socium imperii consiliique legiones 12
mecum adversus Antiatem hostem ducere placet; te, Q. Servili, 13
altero exercitu instructo paratoque ad urbem castra habere,
intentum, sive Etruria se interim, ut nuper, sive nova haec
cura, Latini atque Hernici moverint; pro certo habeo ita rem
gesturum, ut patre, avo teque ipso ac sex tribunatibus dignum
est. tertius exercitus ex causariis senioribusque a L. Quinctio 14
scribatur, qui urbi moenibusque praesidio sit. L. Horatius arma,
tela, frumentum quaeque alia belli tempora poscent provideat.
te, Ser. Corneli, praesidem huius publici consilii, custodem 15
religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum
collegae facimus.'

gewählt, aber auch nicht vom Senat, sondern von einem Konsulartribun (oder Konsul). In dem Worte *creasset* kann auch der Sinn liegen, daſs die Wahl auf den Wunsch des Volkes geschah. Bei der ersten und dritten Wahl des Camillus wird dies von Livius nicht bestimmt angegeben (5, 19, 2; 6, 2, 5), wohl aber bei der zweiten (5, 46, 10).

honorato] 'ehrenvoll': 27, 10, 6 *honoratissimo decreto;* 32, 23, 9 *ad spem honoratioris militiae;* 45, 36, 4 *militiam inopem atque inhonoratam.*

9. *opinionem*] näml. *de se.*

10. *auctorem esse*] c. Gen. Ger., 'sei dafür, daſs', rate.

11. *ab invidia*] Der Grund ist als thätiges Subjekt aufgefaſst. Der korrektere Ausdruck *a finitimis ob invidiam* würde zuviel sagen.

pluribus] auch mit *exercitibus* zu verbinden.

13. *instructo paratoque*] häufige Wortverbindung zur Bezeichnung der vollständigen Ausrüstung, bei Livius mehr als zwanzigmal vorkommend.

interim] während Camillus und Valerius gegen Antium ziehen.

ut nuper] Kap. 3, 2.

nova cura] der 'neue Gegenstand der Sorge', seit drei Jahren (Kap. 2, 3).

moverint] im Anschluss an das eigentliche Subjekt *Latini atque Hernici.* 5, 19, 5 *peregrina etiam iuventus, Latini Hernicique operam suam pollicentes ad id bellum venere.*

rem gesturum] näml. *te esse.*

patre, avo] Der Groſsvater *P. Servilius* starb 463 v. Chr. als Konsul, der Vater *Q. Servilius Priscus Fidenas* war 459 Quästor, 435 und 418 Diktator.

14. *ex causariis*] So hieſsen die wegen Krankheit oder körperlicher Gebrechen zum Felddienst Untauglichen. Digest. 3, 2, 2 (*est missio*) *causaria, quae propter valetudinem laboribus militiae solvit.*

senioribus] Vgl. Kap. 2, 6.

scribatur] = *conscribatur.* Das Kompositum ist bei Livius selten.

15. *collegae*] Apposition zu dem Subjekt in *facimus*, indem Camillus sich auf die Zustimmung der übrigen Kollegen beruft.

facimus] Dem Kollegium der Konsulartribunen kamen in der

16 Cunctis in partem muneris sui benigne pollicentibus operam
Valerius, socius imperii lectus, adiecit M. Furium sibi pro
17 dictatore seque ei pro magistro equitum futurum; proinde,
quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello
haberent. se vero bene sperare patres et de bello et de pace
18 universaque re publica erecti gaudio fremunt, nec dictatore
umquam opus fore rei publicae, si tales viros in magistratu
habeat, tam concordibus iunctos animis, parere atque imperare
iuxta paratos laudemque conferentes potius in medium quam
ex communi ad se trahentes.

7 Iustitio indicto dilectuque habito Furius ac Valerius ad
Satricum profecti, quo non Volscorum modo iuventutem Antiates
ex nova subole lectam, sed ingentem *vim* Latinorum Herni-
corumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis.
itaque novus hostis veteri adiunctus commovit animos militis
2 Romani. quod ubi aciem iam instruenti Camillo centuriones
renuntiaverunt turbatas militum mentes esse, segniter arma
capta, cunctabundosque et resistentes egressos castris esse,
quin voces quoque auditas 'cum centenis hostibus singulos
pugnaturos et aegre inermem tantam multitudinem, nedum
3 armatam sustineri posse', in equum insilit et ante signa, ob-
versus in aciem, ordines interequitans:

Stadt die Befugnisse zu, den Senat zu berufen und seine Verhandlungen zu leiten, den Kultus zu überwachen, Komitien zu halten, Recht zu sprechen und auf andere den Staat betreffende Angelegenheiten zu achten. Diese Vollmachten werden nun speciell dem Cornelius zugeteilt.

16. *muneris sui*] Gen. explicativus, 'für den Anteil ihrer Aufgabe', d. h. für die ihnen zugeteilte Aufgabe.

adiecit] Er erklärt, wie er für seine Stellung *Camillo submittere imperium* (§ 7) verstehe.

17. *se vero*] *vero* tritt zuweilen verstärkend zu einem Pronomen hinzu statt *quidem:* Curt. 3, 8, 5 *at Darēus, ut erat sanctus ac mitis, se vero tantum facinus negat esse facturum.* Cic. Brut. 192 *ego vero;* 292 *tu vero.* Sall. Cat. 37, 4 *sed urbana plebes, ea vero praeceps erat;* 58, 16. Quint. 9, 3, 68.

18. *in medium*] *confero in medium,* ich mache zum Gemeingut, verteile auf alle. 3, 44, 4; 5, 44, 1. Suet. Aug. 71.

ex communi] *commune* subst., der gemeinsame Besitz, das gemeinsame Verdienst.

7. 1. *Satrĭcum* war eine alte Latinerstadt am nördlichen Ende der Pomptinischen Ebene, am Flüfschen Astūra in der Nähe von Antium. Beim Einbruche der Gallier geriet sie in die Macht der Volsker, denen sie jetzt entrissen wird (Kap. 8, 10). Im folgenden Jahre wird daselbst eine Kolonie angelegt (Kap. 16, 6), aber 382 v. Chr. wird die Stadt wieder von den Volskern erobert (Kap. 22, 4).

ex nova subŏle] mit Bezug auf die Niederlage der Volsker im J. 389 (Kap. 2, 12).

sed] ohne *etiam*, nach vorausgehendem *non modo,* zuweilen bei Cicero, oft bei Livius (z. B. 1, 40, 1 u. 49, 5; 2, 33, 7). Vgl. Kap. 8, 5.

diutina pace] Vgl. Kap. 2, 3.

2. *quod ubi*] = *itaque ubi, ubi igitur.* Kap. 8, 2.

resistentes] widerstrebend, = *renitentes,* selten absolut (2, 52, 2).

quin] steigernd: ja, sogar.

3. *obversus*] Das poetische *obvertere* (hinwenden, umkehren) wurde

'Quae tristitia, milites, haec, quae insolita cunctatio est?
hostem an me an vos ignoratis? hostis est quid aliud quam
perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae? vos contra me 4
duce, ut Falerios Veiosque captos et in capta patria Gallorum
legiones caesas taceam, modo trigeminae victoriae triplicem
triumphum ex his ipsis Volscis, ex Aequis et ex Etruria
egistis. an me, quod non dictator vobis, sed tribunus signum 5
dedi, non agnoscitis ducem? neque ego maxima imperia in vos
desidero, et vos in me nihil praeter me ipsum intueri decet;
neque enim dictatura mihi umquam animos fecit, ut ne
exilium quidem ademit. iidem igitur omnes sumus, et cum 6
eadem omnia in hoc bellum adferamus, quae in priora attulimus, eundem eventum belli exspectemus. simul concurreritis,
quod quisque didicit ac consuevit, faciet; vos vincetis, illi
fugient'.

Dato deinde signo ex equo desilit, et proximum signiferum 8
manu arreptum secum in hostem rapit 'infer, miles', clamitans
'signum'. quod ubi videre ipsum Camillum, iam ad munera 2
corporis senecta invalidum, vadentem in hostes, procurrunt

in der Prosa zuerst von Livius gebraucht. Kap. 24, 7.

ordines interequitans] = *inter ordines perequitans* (vgl. Caes. b. c. 1, 46, 3 *inter duas acies perequitans*). Das Verbum *interequitare* ist sonst intransitiv (34, 15, 14; 35, 5, 10).

quid] in auffallender Weise nach *est* gestellt.

materia] Gegenstand, Material, Objekt. Vgl. Cic. p. Mil. 35 *quid odisset Clodium Milo, segetem ac materiem suae gloriae?* Kap. 22, 6.

4. *Falerios*] Diese Stadt war 394 v. Chr. unter der Anführung des Camillus zur Unterwerfung gezwungen worden.

captos . . . capta] Man beachte den Chiasmus und die Wiederholung desselben Wortes mit anderer Flexion (Figur der *traductio*).

modo] Kap. 4, 1.

victoriae] Bei *triumphus* steht der Gen. an einigen Stellen statt *ob, de, ex.* Cic. Phil. 14, 23 *Pharsaliae vero pugnae ne triumphum quidem egit.* Liv. 33, 37, 10 *Boiorum triumphi spem collegae reliquit*; 38, 53, 7. Tib. 2, 1, 33 *gentis Aquitanae celeber Messala triumphis.*

5. *signum*] Das Zeichen zum Ausrücken in die Schlacht wurde dadurch gegeben, dafs auf dem Feldherrnzelt eine rote Fahne (*vexillum purpureum*) aufgesteckt wurde (vgl. Kap. 12, 7).

neque . . . et — nihil] = *neque . . . neque — quicquam.*

neque enim] = *non enim.*

6. *iidem . . . eadem . . . eundem*] Figur der *traductio.*

simul] = *simulac* (vgl. Kap. 1, 6), bei Cicero und Cäsar selten, bei Livius häufig: Kap. 19, 7; 24, 1.

quisque] jeder einzelne auf beiden Seiten (vgl. Kap. 15, 3).

consuevit] scil. *facere.*

8. 1. *signo*] Das Zeichen zum Angriff (*classicum*) wurde mit der Tuba gegeben.

infer signum] scil. *in hostem* oder *hostibus* (3, 18, 8), 'auf den Feind!' Die Feldzeichen, welche sonst hinter dem Vordertreffen standen, wurden beim Angriffe vorangetragen; daher die häufige Redensart *signa inferre* für 'angreifen' (Kap. 23, 2; 29, 2; 32, 8).

2. *quod ubi*] Vgl. Kap. 7, 2.

senecta] ein dichterisches Wort statt *senectute.*

vadentem] 'auf . . . zuschreiten', mit festen Schritten (4, 38, 4; 5, 47, 4; 22, 50, 10).

pariter omnes clamore sublato, 'sequere imperatorem' pro se
3 quisque clamantes. emissum etiam signum Camilli iussu in
hostium aciem ferunt, idque ut repeteretur concitatos ante-
4 signanos. ibi primum pulsum Antiatem, terroremque non in
primam tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum.
5 nec vis tantum militum movebat excitata praesentia ducis, sed
quod Volscorum animis nihil terribilius erat quam ipsius
6 Camilli forte oblata species; ita, quocumque se intulisset, vic-
toriam secum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit,
cum in laevum cornu prope iam pulsum arrepto repente equo
cum scuto pedestri advectus conspectu suo proelium restituit,
7 ostentans vincentem ceteram aciem. iam inclinata res erat,
sed turba hostium et fuga impediebatur et longa caede con-
ficienda multitudo tanta fesso militi erat, cum repente ingen-
tibus procellis fusus imber certam magis victoriam quam
proelium diremit.

8 Signo deinde receptui dato nox insecuta quietis Romanis
perfecit bellum; Latini namque et Hernici relictis Volscis
domos profecti sunt, malis consiliis pares adepti eventus.
9 Volsci, ubi se desertos ab eis videre, quorum fiducia rebella-
verant, relictis castris moenibus Satrici se includunt. quos
primo Camillus vallo circumdare et aggere atque operibus
10 oppugnare est adortus. quae postquam nulla eruptione im-

clamore sublato] der gewöhnliche Ausdruck für das Kriegsgeschrei.

Camilli iussu] weil er nicht kräftig genug war, um die Fahne selber zu werfen. — Der Verlust eines Feldzeichens galt als eine Schande. Daher warfen oft römische Anführer, um die Soldaten zur Tapferkeit zu nötigen, ein Feldzeichen in die Feinde hinein: 34, 46, 12 *rem in asperis proeliis saepe temptatam, signa adempta signiferis in hostes iniecerunt;* 3, 70, 10; 4, 29, 3; 25, 14, 4; 41, 4, 2.

antesignanos] 'das Vordertreffen', bestehend aus den Hastati und Principes, welche im geordneten Kampfe vor den Feldzeichen standen, während die Triarier oder Veteranen hinter denselben folgten (8, 8, 5 fg.).

5. *vis*] hier im Sinne von *fortitudo.*

movebat] absolut 'wirkte, machte Eindruck' (1, 59, 4; 2, 2, 9; 3, 18, 6; 5, 55, 1).

6. *intulisset*] = *intulerat.* Der Konj. des Imperf. und Plusqpf. steht bei Livius und in der späteren Prosa oft in Nebensätzen, um die Handlung als eine mehrmalige zu bezeichnen, nach *quocumque* auch 5, 42, 4 (*Coniunctivus iterativus*; Kap. 9, 4; 28, 7).

cornu] scil. *Romanorum.*

arrepto] 'erfafst'. Wir sagen dafür: sich auf ein Pferd werfen.

pedestri] indem er sich nicht Zeit nahm, sich einen bequemeren Reiterschild (*parma*) geben zu lassen.

7. *turbā*] Durch die Verwirrung der Feinde wurde einerseits ihre Flucht erschwert, anderseits hätte das Niederhauen einer solchen Menge ein langes Gemetzel erfordert.

8. *quietis Romanis*] Abl., ohne Zuthun der R.

perfecit] Statt *conficere bellum* sagt Livius regelmäfsig *perficere bellum* (z. B. 5, 4, 9; 6, 2; 16, 11).

namque ist, wie *itaque*, in der Prosa zuerst bei Livius zuweilen zweites Wort des Satzes. 5, 11, 6.

9. *oppugnare est adortus*] Vgl. Kap. 2, 8.

10. *quae ... videt*] Sinn: *sed post-*

pediri videt, minus esse animi ratus in hoste, quam ut in eo tam lentae spei victoriam exspectaret, cohortatus milites, ne tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent (: victoriam in manibus esse), ingenti militum alacritate moenia undique adgressus scalis oppidum cepit. Volsci abiectis armis sese dediderunt.

Ceterum animus ducis rei maiori, Antio, imminebat: id 9
caput Volscorum, eam fuisse originem proximi belli. sed quia 2
nisi magno apparatu, tormentis machinisque, tam valida urbs
capi non poterat, relicto ad exercitum collega Romam est
profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. inter 3
sermonem eius (— credo rem Antiatem diuturniorem manere
dis cordi fuisse —) legati ab Nepete ac Sutrio auxilium adversus Etruscos petentes veniunt, brevem occasionem esse
ferendi auxilii memorantes.

Eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. namque cum 4
ea loca opposita Etruriae et velut claustra inde portaeque
essent, et illis occupandi ea, cum quid novi molirentur, et
Romanis recuperandi tuendique cura erat. igitur senatui cum 5
Camillo agi placuit, ut omisso Antio bellum Etruscum susciperet. legiones urbanae, quibus Quinctius praefuerat, ei decer-

quam videt nullam eruptionem ad ea impedienda fieri.

tam lentae spei] 'der in so ferner Aussicht stehe', d. h. auf den erst nach so langer Zeit zu hoffen sei.

tamquam] mit Partic. statt *si*, = *tamquam si Veios oppugnarent.*

sese tererent] 'sich abmühen'. Vgl. Kap. 27, 7.

in manibus] d. h. leicht zu erlangen, völlig sicher. Sall. Cat. 20, 2.

9. 1. *imminebat*] 'neigte sich zu ... hin', d. h. verlangte. In diesem Sinne wird *immineo* mit dem Dativ (3, 51, 9; 4, 25, 9; 8, 22, 10; 31, 47, 6; 33, 11, 7) oder mit *in* c. acc. (23, 16, 3; 25, 20, 5; 30, 28, 9) verbunden.

caput] Dazu ergänze man *esse* aus dem folgenden *fuisse.*

2. *apparatu*] scil. *oppugnandae urbis* (vgl. 5, 5, 6; 23, 16, 11), 'Belagerungsmaterial', namentlich 'Geschütze' (*tormenta,* Ballisten und Katapulten) und 'Kriegsmaschinen' (z. B. Mauerbrecher, Laufhallen, Türme).

valida urbs] Sie lag auf einer ins Meer vorspringenden Anhöhe

ad exercitum] bei Livius oft statt *apud exercitum* (3, 29, 3 u. 31, 4; 22, 34, 10 u. 40, 6; 24, 9, 9; 29, 20, 8). Vgl. *ad urbem* Kap. 6, 13.

3. *cordi*] *cordi est* 'es ist angenehm, erfreulich' (28, 20, 7), oft mit dem Dat. *dis* (Kap. 20, 16; 1, 39, 4; 9, 1, 4) oder dem Dat. einer Person (8, 7, 6; 26, 50, 4; 28, 18, 5; 30, 17, 12).

Něpětě] So heifst auch der Nominativ, j. *Nepi,* bei Falerii. Das Adjektiv dazu ist *Nepesīnus.*

4. *opposita*] Sie lagen dem eigentlichen Etrurien entgegen, d. h. am Eingang zu demselben.

claustra] 'die Schlüssel', deren Besitzer den Etruskern den Zugang zum römischen Gebiet und den Römern den Zugang zu Etrurien versperren oder offen halten konnten.

inde] = *ab ea parte*, nämlich *Etruriae.*

illis] = *Etruscis.*

molirentur] Coniunctivus iterativus (vgl. Kap. 8, 6). Subjekt dazu ist *loca.*

5. *legiones*] Unzweifelhaft erhielt Camillus jetzt die Truppen, welche in Kap. 6, 13 dem alten Q. Servi-

6 nuntur. quamquam expertum exercitum assuetumque imperio, qui in Volscis erat, mallet, nihil recusavit; Valerium tantummodo imperii socium depoposcit. Quinctius Horatiusque successores Valerio in Volscos missi.

7 Profecti ab urbe Sutrium Furius et Valerius partem oppidi iam captam ab Etruscis invenere, ex parte altera intersaeptis itineribus aegre oppidanos vim hostium ab se arcentes.
8 cum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hostes sociosque et in praesentia rem inclinatam sustinuit et spatium ad opem ferendam dedit.

9 Itaque diviso exercitu Camillus collegam in eam partem circumductis copiis, quam hostes tenebant, moenia adgredi iubet, non tam a spe scalis capi urbem posse, quam ut aversis eo hostibus et oppidanis iam pugnando fessis laxaretur labor
10 et ipse spatium intrandi sine certamine moenia haberet. quod cum simul utrimque factum esset ancepsque terror Etruscos circumstaret et moenia summa vi oppugnari et intra moenia esse hostem viderent, porta se, quae una forte non obsidebatur,
11 trepidi uno agmine eiecere. magna caedes fugientium et in urbe et per agros est facta. plures a Furianis intra moenia caesi; Valeriani expeditiores ad persequendos fuere, nec ante
12 noctem, quae conspectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio recepto restitutoque sociis Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum iam totum Etrusci habebant.

10 Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore, non eo solum, quod tota hostium erat, sed etiam quod parte Nepe-
2 sinorum prodente civitatem facta erat deditio. mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis fidem-

lius übergeben wurden, nicht die *causarii* und *seniores*, welche dem Quinctius ursprünglich bestimmt waren (Kap. 6, 14) und welche wohl erst jetzt unter die Waffen gerufen wurden. Da nun Q. Servilius auch später nicht mehr erwähnt wird, so ist wahrscheinlich, daſs er inzwischen erkrankt oder gestorben war.

6. *mallet*] Der Konjunktiv läſst sich erklären, indem ein Bedingungssatz hinzugedacht wird ('wenn es ihm frei gestanden hätte'). Doch folgt bei Livius an vier Stellen auch sonst der Konjunktiv nach *quamquam* (23, 29, 7; 36, 34, 6; 38, 9, 11; 45, 17, 7), wie zuweilen bei Dichtern und oft bei Tacitus.

7. *ex parte altera*] = *in altera parte oppidi.*

intersaeptis] 'versperrt', durch Barrikaden.

8. *in praesentia*] für den Augenblick. Kap. 42, 3.

9. *a spe*] auch 27, 17, 5, = *ob spem* (vgl. Kap. 2, 9).

aversis eo hostibus] = *si hostes in eam partem aversi essent.*

oppidanis] Dativ!

10. *anceps terror*] indem auch Camillus, nachdem er in die Stadt eingerückt war, die Etrusker angriff.

porta] Ablativ des Weges, = *per portam*, oft bei Livius.

11. *in . . . per*] Wechsel der Präposition, wie Kap. 8, 4 u. 34, 5.

a Furianis] von den Truppen des Camillus.

ad persequendos] scil. *eos.*

10. 2. *mitti*] scil. *nuntios.*

placuit] näml. *Camillo.*

que, quam implorassent ab Romanis, ipsi praestarent. unde 3
cum responsum allatum esset nihil suae potestatis esse, Etruscos
moenia custodiasque portarum tenere, primo populationibus
agri terror est oppidanis admotus; deinde, postquam deditionis 4
quam societatis fides sanctior erat, fascibus sarmentorum ex
agro collatis ductus ad moenia exercitus completisque fossis
scalae admotae, et clamore primo impetuque oppidum capitur.
Nepesinis inde edictum, ut arma ponant, parcique iussum 5
inermi; Etrusci pariter armati atque inermes caesi, Nepesinorum
quoque auctores deditionis securi percussi; innoxiae multitudini
redditae res, oppidumque cum praesidio relictum.

Ita duabus sociis urbibus ex hoste receptis victorem 6
exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt.

Eodem anno ab Latinis Hernicisque res repetitae quaesitumque,
cur per eos annos militem ex instituto non dedissent.
responsum frequenti utriusque gentis concilio est nec culpam 7
in eo publicam nec consilium fuisse, quod suae iuventutis
aliqui apud Volscos militaverint; eos tamen ipsos pravi consilii 8

3. *unde*] auf Personen bezogen, = *a quibus, a principibus Nepesinorum.* Auf diese bezieht sich dann *suae.*

nihil etc.] nichts sei in ihrer Macht, hange von ihnen ab.

admotus] = *illatus, iniectus,* eingeflöfst, eingejagt.

4. *postquam*] bei Sallust und Livius oft mit dem Imperf. verbunden zur Bezeichnung eines Zustandes: Kap. 13, 3; 29, 1; 30, 7; 32, 1.

quam societatis] ungewöhnlich vor den Komparativ gestellt. Vgl. Kap. 4, 11.

5. *ponant*] für *ponerent,* als ob vorausgehe: *edicitur.*

Nepesinorum] = *ex Nepesinis,* Gen. partit. in freierer Anwendung, als ob nachfolge: *ii, qui auctores deditionis fuerant.* Die Wortstellung gestattet nicht, *Nepesinorum* von *deditionis* abhängig zu machen.

redditae res] Die schuldlose Menge erhält ihr Eigentum zurück; also wurden die Güter der hingerichteten Verräter eingezogen.

cum praesidio] zu betonen: wurde unter militärischem Schutze gelassen. Man erwartet: *et in oppido praesidium relictum est.* Drei Jahre später erhielt Nepete eine Kolonie (Kap. 21, 4).

6. *tribuni*] Camillus und Valerius. Auch Quinctius und Horatius brachten ihr Heer aus dem Volskerlande zurück, was jedoch Livius nicht erwähnt. Im folgenden Jahr wurde ein neues Heer dorthin geführt (Kap. 12, 1).

res repetitae] scil. *sunt.* Dies ist Terminus technicus für die einer Kriegserklärung vorausgehende Forderung, dafs die bei einem Einfall auf röm. Gebiet geraubten Sachen zurückerstattet oder für ein Unrecht Genugthuung geleistet werde (z. B. 1, 22, 4 u. 32, 14; 4, 30, 13; 21, 10, 6).

ex instituto] ‘nach der Regel, vertragsmäfsig’. Nach dem Bündnis hatten die Latiner und Herniker den Römern bei jeder ordentlichen Aushebung ein Kontingent zu stellen.

7. *aliqui*] Vgl. Kap. 6, 5. Die beiden mit Rom verbündeten Staaten bedienen sich der Ausrede, sie seien nur für das verantwortlich, was bei ihnen nach öffentlichem Beschlusse geschehen sei, während es ihre Pflicht war, ihren Angehörigen die Teilnahme an einem Kriege gegen Rom zu verbieten.

8. *eos tamen* etc.] gegen die Schuldigen könnten sie jedoch nicht einschreiten (vgl. Kap. 17, 7); denn . . .

poenam habere, nec quemquam ex iis reducem esse; militis
autem non dati causam terrorem assiduum a Volscis fuisse,
quam pestem adhaerentem lateri suo tot super alia aliis bellis
9 exhauriri nequisse. quae relata patribus magis tempus quam
causam non visa belli habere.

11 Insequenti anno, A. Manlio, P. Cornelio, T. et L. Quinctiis
Capitolinis, L. Papirio Cursore iterum, *C. Sergio iterum* tribunis
consulari potestate, grave bellum foris, gravior domi seditio
2 exorta, — bellum ab Volscis adiuncta Latinorum atque Her-
nicorum defectione, seditio, unde minime timeri potuit, a
patriciae gentis viro et inclitae famae, M. Manlio Capitolino.
3 Qui nimius animi cum alios principes sperneret, uni in-
videret, eximio simul honoribus atque virtutibus, M. Furio,
aegre ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exer-
4 citus esse: tantum iam eminere, ut iisdem auspiciis creatos non

nec quemquam etc.] Vgl. dagegen Kap. 8, 8.

militis . . . causam] = *causam autem, cur milites non dati essent.*

a Volscis] 'vor den V.', wie *ab* oft nach *periculum* und *metus* steht. Vgl. Kap. 2, 9.

quam pestem] 'und diese Plage'. Man beachte, daſs der Relativsatz, wie ein Hauptsatz, in den Acc. c. Inf. gesetzt ist.

super alia aliis] 'nach einander', eine bei Livius oft vorkommende Wendung zur Bezeichnung der Häufung. (Sonst findet sie sich nur noch bei Lactanz einmal.)

6. *magis* etc.] = *magis tempus belli non habere visa sunt quam causam belli non habere.* Sinn: der Senat glaubte, es wäre Grund zu einem Kriege vorhanden, aber es sei jetzt nicht geeignete Zeit für einen solchen.

Kap. **11—17.** Das Jahr 369 der Stadt (385 v. Chr.): neuer Krieg gegen die Volsker; M. Manlius Capitolinus nimmt sich der bedrängten Schuldner an, wird als Aufrührer verhaftet, dann aber wieder in Freiheit gesetzt.

11. 1. *A. Manlio*] Er hatte das Konsulartribunat schon 389 v. Chr. bekleidet, ebenso *P. Cornelius* (Kap. 1, 8).

T. et L. Quinctiis] Dieser *T. Quinctius Capitolinus* ist zu unterscheiden von *T. Quinctius Cincinnatus* (vgl. Kap. 4, 7 u. 18, 1). Auch ist nicht sicher, daſs *L. Quinctius Capitolinus* dieselbe Person ist mit dem Konsulartribun des vorhergehenden Jahres (Kap. 6, 3).

L. Papirio] Er war 387 Konsulartribun gewesen; ebenso *C. Sergius Fidenas.*

2. *bellum*] näml. *ortum est.*

unde] Davor ergänze man *inde* (5, 7, 1).

patriciae gentis] Gen. qual. (ebenso 3, 27, 1 u. 33, 9). Wir erwarten ein *ex.*

M. Manlio] Vgl. Kap. 5, 6.

3. *nimius animi*] übermäſsig in seinem Geiste, d. h. voll Hochmut, Anmaſsung. Vgl. Kap. 36, 8 *stupentes animi;* 8, 13, 7 *suspensus animi;* Tac. Hist. 3, 75 *sermonis nimius erat.*

alios principes] die andern Groſsen, Vornehmen, die *primores patrum.*

solum eum . . . esse] rhetorische Übertreibung, durch das Folgende erklärt und beschränkt.

apud exercitus] Warum nicht *ad exercitus,* wie 24, 10, 3 (vgl. Kap. 9, 2)? Sinn: wohl seien auch andere bei den Heeren (in rein örtlichem Sinne), aber in den Augen, nach dem Urteile der Soldaten hange alles von Camillus ab.

4. *eminere*] scil. *eum.* Die Oratio obliqua ist abhängig zu denken von einem aus *aegre ferebat* zu ent-

pro collegis, sed pro ministris habeat, cum interim, si quis
vere aestimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione
hostium non potuerit, nisi a se prius Capitolium atque arx
servata esset, et ille inter aurum accipiendum et in spem pacis 5
solutis animis Gallos adgressus sit, ipse armatos capientesque
arcem depulerit; illius gloriae pars virilis apud omnes milites
sit, qui simul vicerint, suae victoriae neminem omnium mor-
talium socium esse *constet.*

His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii 6
vehemens et impotens, postquam inter patres non, quantum
aequum censebat, excellere suas opes animadvertit, primus 7
omnium ex patribus popularis factus cum plebeis magistratibus
consilia communicare, criminando patres, adliciendo ad se
plebem iam aura, non consilio ferri famaeque magnae malle
quam bonae esse. et non contentus agrariis legibus, quae 8

nehmenden Verb des Sagens. Dafs *tantum iam eminere* etc. wirklich eine indirekte Rede ist, nicht blofs ein von *aegre ferebat* abhängiger Acc. c. Inf., zeigen die Tempora der Nebensätze, welche aus der direkten Rede beibehalten sind, so *habeat* statt *haberet.*

cum interim] 'während indessen, während doch', mehr die Gegenüberstellung bezeichnend als die Zeit.

aestimare] ohne Objekt, 'wenn man billig urteilen wolle'. 30, 22, 3.

5. *et ille* etc.] Die folgenden zwei Satzpaare werden im Deutschen besser von *cum interim* abgelöst und in Hauptsätze verwandelt.

inter] 'während', bei Livius zuweilen mit Gerundivum, dagegen bei keinem andern Klassiker und auch sonst sehr selten (Kap. 39, 10; 9, 11, 6; 34, 25, 6; 40, 42, 1).

in spem] 'in der Hoffnung', eigentlich 'auf die Hoffnung hin'. 44, 25, 10 (*Perseus aiebat se*) *in spem Romanae pacis non recusare impensam.*

solutis] sorglos.

pars virilis] 'ein Mannesanteil'; oft *pro virili parte.*

5. *ut quod maxime umquam*] 'wenn irgend eines je', ein verkürzter Vergleichungssatz. Cic. ad fam. 13, 62 *te semper sic colam et tuebor, ut quem diligentissime;* Liv. 5, 25, 9 *grata ea res ut quae maxime senatui umquam fuit;* 23, 49, 12 *provincia, ut quae maxime omnium, belli avida.*

aequis viribus, cum fiducia sui sine contemptu hostium com-
missum est. Samnitibus ferociam augebant novae res gestae 6
et paucos ante dies geminata victoria, Romanis contra qua-
dringentorum annorum decora et conditae urbi aequalis victoria;
utrisque tamen novus hostis curam addebat. pugna indicio 7
fuit, quos gesserint animos; namque ita conflixerunt, ut ali-
quamdiu in neutram partem inclinarent acies. tum consul 8
trepidationem iniciendam ratus, quando vi pelli non poterant,
equitibus immissis turbare prima signa hostium conatur. quos 9
ubi nequiquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas
vidit nec posse aperire in hostes viam, revectus ad antesignanos
legionum cum desiluisset ex equo, 'nostrum' inquit 'peditum 10
illud, milites, est opus; agite dum, ut me videritis, quacumque
incessero in aciem hostium, ferro viam facientem, sic pro se
quisque obvios sternite; illa omnia, qua nunc erectae micant
hastae, patefacta strage vasta cernetis.'

Vix haec dicta dederat, cum equites consulis iussu dis- 11
currunt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam.
primus omnium consul invadit hostem et, cum quo forte con-
tulit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra laevaque 12
ante se quisque memorandum proelium cient. stant obnixi

sui] mit Bezug auf die in *utrimque* angedeuteten Personen oder logischen Subjekte.

6. *paucos ante dies*] Übertreibung, da die Reise der Gesandtschaft von Capua nach Rom, der römischen Gesandtschaft ins Samnitenland, die *rerum repetitio,* die 33 Tage später (vgl. 1, 32, 9) erfolgte Kriegserklärung, die Berufung des römischen Volkes und der Marsch der Truppen von Rom nach Campanien eine Zeit von vielen Tagen ausfüllen.

decora] Daran waren sie Kap. 32, 8 erinnert worden.

victoria] eine Siegeslaufbahn, welche gleich alt sei, wie die Gründung der Stadt.

7. *gesserint*] Das Perfekt in der indirekten Frage bezeichnet die Thatsache als eine in der Gegenwart des Sprechenden abgeschlossene. Unabhängig: *ingentes gesserunt animos.*

8. *prima signa*] die ersten Glieder, die vordersten Reihen.

9. *quos* etc.] dafs sie in nutzlosem Lärm ihre Geschwader in dem engen Raum herumtummelten.

aperire viam] poetische Phrase: Verg. Aen. 11, 884; Liv. 6, 2, 11 und 35, 9; 38, 7, 9; Tac. Ann. 2, 21. Synonym ist *viam facere,* § 10.

revectus] Er leitete also den Reiterangriff selbst. Die Legionen waren während desselben zurückgetreten.

antesignanos] Vgl. Kap. 16, 6.

10. *agite dum*] 'wohlan denn', neben dem Plural des Imperativs, wo *age dum* (vgl. Kap. 9, 8) selten ist. Kap. 34, 14; 35, 12.

illa omnia] wegen *qua* lokal zu nehmen: den ganzen Ort, wo.

11. *vix haec dicta dederat*] Dieselben Worte 29, 2, 12. Sie sind umgebildet aus der poetischen Phrase *haec ubi dicta dedit* (Verg. Aen. 2, 790; 6, 628; 7, 323. Liv. 3, 61, 7; 22, 50, 10).

contulit gradum] 'zusammentrifft'. Derselbe Ausdruck Verg. Aen 6, 488 und Tac. Hist. 2, 42; öfter *conferre pedem.*

12. *dextrā*] zu seiner Rechten.

cient] 'bestehen'. Von der mutigen Arbeit im Kampfe gebraucht Livius die Wendungen *proelium ciere* (2, 19, 10; 4, 33, 3; 10, 28, 8) und *pugnam ciere* (1, 12, 2; 3, 18, 8; 9, 22, 7), nur hier von den Soldaten, 10, 28, 8 von Reitern, sonst von den Anführern.

Samnites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera.
13 aliquamdiu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium, fuga ab nulladum parte erat; adeo morte sola vinci
14 destinaverant animis. itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine vires sentirent et diei haud multum superesse, accensi
15 ira concitant se in hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam apparuit; tum capi, occidi Samnis; nec superfuissent multi, ni nox victoriam magis quam proelium
16 diremisset. et Romani fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum, et Samnites, cum quaereretur, quaenam prima
17 causa tam obstinatos movisset in fugam, oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant vesanosque vultus et furentia ora; inde plus quam ex alia ulla re terroris ortum. quem terrorem non pugnae solum eventu, sed nocturna profectione confessi sunt.
18 postero die vacuis hostium castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit.

34 Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque in-
2 sessum ab hoste induxit nec prius, quam recipi tuto signa
3 non poterant, imminentem capiti hostem vidit. dum id morae

13. *nulladum*] 'noch keiner', ein livianisches Wort (3, 50, 16; 5, 34, 6; 9, 12, 3; 29, 11, 1).

adeo] Vgl. Kap. 7, 2.

destinaverant animis] 'hatten den festen Entschlufs gefafst'. Dieselbe Wendung 9, 16, 9 u. 28, 24, 3. Ebenso *destinatus animo* 27, 47, 9 und zweimal *destinatus in animo* (6, 6, 7; 21, 44, 9).

14. *fluere*] schwinden, sinken. Vgl. Kap. 29, 5.

concitant se] raffen sich auf, werfen sich.

15. *referri pedem*] militärischer Ausdruck für das Zurückweichen, oft bei Livius (2, 20, 1 und 64, 6; 3, 22, 6 und 60, 11 etc.), wechselnd mit *referre gradum* (2, 65, 4; 3, 70, 8 u. a.). Das Gegenteil ist *pedem* oder *gradum inferre* (vgl. Kap. 8, 3).

16. *movisset in fugam*] 'zur Flucht bewogen, vermocht'; *movisset,* ohne *in fugam,* hiefse: 'zum Weichen gebracht hätte'.

17. *ardere*] Vgl. 6, 13, 2 (*Volscorum*) *multitudo . . . gladios et collatum pedem et vultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit.*

vesanos etc.] Die Gesichter, Gesichtszüge zeigten den Ausdruck des Wahnsinns, der Mund den der Wut.

18. *omnis*] Das Wort gestattet nicht, an die Bewohner von ganz Campanien zu denken; aber auch bei Beschränkung auf die Einwohner von Capua enthält es immer noch eine Übertreibung; denn der Gaurus ist von Capua 30 Kilometer (4 geograph. Meilen) entfernt.

Kap. **34—37**, 3. Der Konsul Aulus Cornelius Cossus wird von den Samniten eingeschlossen, aber durch den Kriegstribun P. Decius gerettet und erobert mit diesem das samnitische Lager.

34. 1. *foedatum*] getrübt, verkümmert.

ab Saticula] wo er ein Lager gehabt hatte (Kap. 32, 2).

cava valle pervium] welches durch eine tiefe Thalschlucht einen Durchgang gewährte.

2. *poterant*] Vgl. 23, 30, 4 *nec ante, quam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt;* 48, 1 *nec ante violavit agrum Campanum, quam altae in segetibus herbae pabulum praebere poterant.*

Samnitibus est, quoad totum in vallem infimam demitteret
agmen, P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in
saltu collem, imminentem hostium castris, aditu arduum impedito
agmini, expeditis haud difficilem. itaque consuli territo animi 4
'videsne tu' inquit, 'A. Corneli, cacumen illud supra hostem?
arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci
reliquere Samnites, impigre capimus. ne tu mihi plus quam 5
unius legionis principes hastatosque dederis; cum quibus ubi
evasero in summum, perge hinc omni liber metu teque et
exercitum serva; neque enim moveri hostis, subiectus nobis ad
omnes ictus, sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna 6
populi Romani aut nostra virtus expediet.'

Collaudatus ab consule accepto praesidio vadit occultus 7
per saltum; nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem
petebat, appropinquavit. inde admiratione paventibus cunctis 8
cum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit
ad subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo
constitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, 9
utriusque rei amissa occasione neque insequi consulem nisi
per eandem vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis
suis habuerant, possunt nec erigere agmen in captum super
se ab Decio tumulum. sed cum ira in hos magis, qui fortunam 10
gerendae rei eripuerant, tum propinquitas loci atque ipsa pau-
citas incitat; et nunc circumdare undique collem armatis volunt, 11

Sonst setzt Livius, wie Cicero und Cäsar, nach *non* (oder *nec*) *ante* (oder *prius*) *quam* den Ind. Perf.

3. *demitteret*] 'hinabsenke, hinabsteigen lasse', näml. der Konsul, welcher über die Paſshöhe in die Thalschlucht einrückt.

P. Decius] Vgl. Kap. 21, 6.

unum] zugesetzt, um hervorzuheben, daſs es der einzige war.

4. *animi*] Vgl. Kap. 30, 22.

arx] der Hort, Fels.

reliquere] unbesetzt gelassen haben.

5. *principes hastatosque*] etwa 2400 Mann.

subiectus etc.] uns für alle Schüsse unten befindlich, d. h. bloſsgestellt (vgl. 26, 46, 1; 36, 18, 7).

6. *fortuna...virtus*] Rom verdankt seine Gröſse zwei Faktoren, einmal der *virtus* des römischen Volkes, sodann dem an das Kapitol, den Vestatempel und die *di praesides* geknüpften Glücke (vgl. 5, 54, 6), der *fortuna populi Romani* (1, 46, 5; 2, 40, 13) oder *fortuna urbis* (3, 7, 1), ohne welche die römische *virtus* nichts vermocht hätte.

7. *praesidio*] das Corps, die Truppenabteilung, welche er verlangt hatte.

vadit] in fester Haltung, gefaſst auf ein Zusammentreffen mit einem Feinde (vgl. Kap. 16, 5).

nec prius] So auſser in § 2 auch 1, 11, 5 und 9, 32, 8; sonst setzt Livius bei negativem Hauptsatz stets *ante* (näml. an 20 Stellen).

8. *admiratione*] Vgl. Kap. 10, 12.

vertisset] im Sinne von *defixisset*, auf sich gefesselt hielt, so daſs der Konsul unbeachtet entkommen konnte.

9. *huc illuc*] Asyndeton zweier entgegengesetzter Begriffe in der lebhaften Erzählung; *huc illuc* findet sich auch bei Cicero (ad. Att. 9, 9, 2), Vergil, Ovid, Seneca und namentlich siebenmal bei Tacitus.

ut a consule Decium intercludant, nunc viam patefacere, ut degressos in vallem adoriantur. incertos, quid agerent, nox oppressit.

12 Decium primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem ex superiore loco se pugnaturum; deinde admiratio incessit, quod nec pugnam inirent, nec, si ab eo consilio ini-
13 quitate loci deterrerentur, opere se valloque circumdarent. tum centurionibus ad se vocatis: 'quaenam illa inscitia belli ac pigritia est, aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? huc atque illuc signa moveri ac modo in unum conferri, modo diduci videtis; opus quidem incipit
14 nemo, cum iam circumdati vallo potuerimus esse. tum vero nos similes istorum simus, si diutius hic moremur, quam commodum sit. agite dum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua pateat hinc exitus,
15 exploremus.' haec omnia sagulo gregali amictus centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustravit.

35 Vigiliis deinde dispositis ceteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundae vigiliae bucina datum signum esset, armati
2 cum silentio ad se convenirent. quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt, 'hoc silentium, milites,' inquit 'omisso militari assensu in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis; quae pars maior erit, eo stabitur

11. *viam patefacere*] d. h. den Hügel nur zum Teil umgeben.

12. *valloque*] genauere Bestimmung zu dem allgemeinen Begriff *opere:* Verschanzung und Wall, d. h. Wall und Graben.

13. *inscitia*] Vgl. Kap. 12, 2.

conferri] wie zu einem Angriffe (vgl. Kap. 15, 4).

nemo] mit Nachdruck an den Schlufs gestellt.

14. *tum vero*] 'dann in der That', mit Nachdruck vorangestellt, auf den Bedingungssatz mit *si* hinweisend. 6, 14, 4; 8, 30, 11.

15. *sagulo*] Livius gebraucht *sagulum* mit Vorliebe (21,4,7; 27,19,12; 30,17,13) ohne verkleinernde Nebenbedeutung statt des Stammworts *sagum* (10, 30, 10).

gregali] wie ihn die gemeinen Soldaten *milites gregarii* oder *manipulares*) trugen ('mit einem gemeinen Kriegerrocke').

habitu] Tracht, Kleidung.

ductis] = *eum sequentibus.*

35. 1. *tesseram*] ein viereckiges Täfelchen mit einer Aufschrift, meistens mit der Parole; *tesseram dare* 'den Befehl erteilen, die Mitteilung machen' (Kap. 36, 7; 9, 32, 4; 27, 46, 1; 28, 14, 6).

secundae vigiliae] Die Römer teilten die Nacht ein in vier *vigiliae.* Das Zeichen zum Wechsel der Wachen wurde erteilt mit der *bucĭna,* dem 'Signalhorn', einem gebogenen Blasinstrument von Erz.

cum silentio] 'in aller Stille'. Ebenso 25, 9, 15; meist blofser Abl. modi *silentio.*

2. *assensu*] durch Geschrei (Kap. 37, 2—3).

peregero] 'auseinandergesetzt habe'. Die Redensart *sententiam peragere* findet sich auch 3, 40, 5 und 22, 60, 6.

quae] = *utra,* wie Kap. 9, 7.

consilio. nunc, quae mente agitem, audite. non fuga delatos 3
nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis; virtute cepistis
locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exercitum 4
egregium populo Romano servastis; erumpendo hinc vosmet
ipsos servate. digni eritis, qui pauci pluribus opem tuleritis,
ut ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est, qui 5
hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam
usus non sit, hunc tam opportunum collem imminentem capiti
suo non ante viderit quam captum a nobis, nos tam paucos 6
tot ipse milibus hominum nec ascensu arcuerit nec tenentes
locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederit. quem
videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis,
immo necesse est. in eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis 7
ego magis necessitatis vestrae index quam consilii auctor sim.
neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, cum 8
praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna
reliqui fecerit fameque et siti moriendum sit, si plus, quam
viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. ergo una est salus 9
erumpere hinc atque abire; id aut interdiu aut nocte faciamus
oportet. ecce autem aliud minus dubium; quippe, si lux ex- 10
spectetur, quae spes est non vallo perpetuo fossaque nos
saepturum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis undique
cinxerit, ut videtis, collem? atqui si nox opportuna est eruptioni,
sicut est, haec profecto noctis aptissima hora est. signo se- 11
cundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales somno altissimo
premit. per corpora sopita vadetis vel silentio incautos

eo] Attraktion, statt *eius* (scil. *partis*).

stabitur] Vgl. Kap. 6, 6.

3. *non fuga ... servate*] Die Kürze und Koordination der Sätze, das Asyndeton und die Anaphora verleihen der Rede Einfachheit, Klarheit und Energie.

4. *tuleritis*] Konjunktiv, weil der Relativsatz den Grund angiebt.

ut] bei Dichtern und späteren Prosaikern zuweilen nach *dignus* und *indignus* statt eines Relativsatzes, bei Livius namentlich dann, wenn ein Relativsatz stilistisch unschön oder unmöglich ist (6, 42, 12; 22, 59, 17; 23, 42, 13; 24, 16, 19).

5. *quam captum*] = *quam captus est* oder *esset*.

6. *ipse*] zugesetzt, um den Gegensatz zu *nos* hervorzuheben.

tantum] noch ein so grofser Teil.

eluseritis] Konjunktiv im kausalen Relativsatz.

8. *arma et animos*] Vgl. Kap. 13, 6.

reliqui] Das Adjektivum ist, obgleich es prädikative Bestimmung zu *fecerit* ist, durch Attraktion von *nihil* in den partitiven Genetiv getreten. Die Phrase *nihil reliqui facere* findet sich auch bei Cicero (in Verr. 3, 121) und Sallust (Cat. 11, 7 und 28, 4). Vgl. Cic. pro Sulla 89 *quod fortuna in malis reliqui fecit*.

10. *ecce*] Dies führt den neuen Punkt der Schlufsfolgerung als etwas Überraschendes ein: Da seht ihr nun aber etwas anderes, ein Zweites, welches noch weniger zweifelhaft ist (als die Behauptung, dafs es nur eine Rettung gebe).

subiectis] unten hingestellt, unten hingelegt.

11. *mortales*] Vgl. Kap. 19, 2.

sopita] eingeschlafen, schlafend (8, 16, 10; 25, 9, 11).

fallentes vel sentientibus clamore subito pavorem iniecturi.
12 me modo sequimini, quem secuti estis; ego eandem, quae duxit huc, sequar fortunam. quibus haec salutaria videntur, agite dum, in dextram partem pedibus transite.'

36 Omnes transierunt vadentemque per intermissa custodiis
2 loca Decium secuti sunt. iam evaserant media castra, cum superscandens vigilum strata somno corpora miles offenso scuto praebuit sonitum; quo excitatus vigil cum proximum movisset erectique alios concitarent, ignari, cives an hostes essent, prae-
3 sidium erumperet an consul castra cepisset, Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma impigre
4 capere nec obsistere nec insequi poterant. inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit.

5 Aliquantum supererat noctis iamque in tuto videbantur esse, cum Decius 'macte virtute' inquit, 'milites Romani, este;
6 vestrum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent; sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium
7 ac nox tegat. hic lucem quieti opperiamur.' dictis obtemperatum; atque ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem castra ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obviam effusi laudant, gratulantur, singulos universosque servatores suos vocant, dis laudes grates-

12. *pedibus*] pleonastisch zugesetzt in Entsprechung mit der von Abstimmungen üblichen Phrase *in sententiam pedibus ire* (Sall. Cat. 50, 4. Liv. 5, 9, 2; 27, 34, 7).

36. 1. *intermissa*] 'frei gelassen von'. Die Worte *per intermissa custodiis loca* (statt *per loca, ubi custodiae intermissae erant*) finden sich auch 24, 35, 8.

2. *media castra*] über die Mitte des Lagers hinaus, welches (nach Kap. 34, 3) am Fuſse dieses Hügels lag, nun aber nur schwach besetzt war, da die Feinde in mehreren Abteilungen den Hügel umgaben.

offenso scuto] indem er den Schild (an einen Gegenstand) anstieſs.

excitatus] näml. *ex somno* (vgl. Kap. 12, 2), geweckt.

3. *torpidos somno*] 'die vom Schlafe Betäubten'; ebenso 25, 38, 17.

praepediti] = *impediti* (auch 8, 38, 13 und 9, 6, 4).

4. *trepidationem tumultumque*] Livius liebt die Verbindung dieser zwei allitterierenden Wörter (vgl. 27, 47, 9; 28, 14, 10; 37, 20, 11), namentlich in der Form *tumultum ac trepidationem* (21, 33, 8; 22, 55, 6; 25, 13, 10; 28, 17, 14).

5. *macte*] Vgl. Kap. 10, 4.

6. *luce ac die*] 'das Tageslicht', eine Verbindung zweier synonymer Wörter, von welchen das zweite eine genauere Bestimmung des ersten ist, wie nachher *silentium ac nox* (statt *silentium noctis;* vgl. Kap. 39, 14).

tegat] verhülle, einhülle.

7. *tessera data*] Vgl. Kap. 35, 1.

grates] bei Livius Bezeichnung des öffentlich und feierlich den Göttern dargebrachten Dankes, namentlich in den Formeln *grates agere*

que agunt, Decium in caelum ferunt. hic Deci castrensis 8
triumphus fuit incedentis per media castra cum armato prae-
sidio coniectis in eum omnium oculis et omni honore tribunum
consuli aequantibus.

Ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem 9
convocat orsusque meritas Deci laudes interfante ipso Decio
distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi, dum occasio 10
in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes et nocturno
pavore attonitos et circa collem castellatim dissipatos ad-
grederetur: credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per
saltum vagari. iussae legiones arma capere egressaeque castris, 11
cum per exploratores notior iam saltus esset, via patentiore
ad hostem ducuntur; quem incautum improviso adortae, cum 12
palati passim Samnitium milites, plerique inermes, nec coire
in unum nec arma capere nec recipere intra vallum se possent,
paventem primum in castra compellunt, deinde castra ipsa
turbatis stationibus capiunt. perfertur circa collem clamor 13
fugatque ex suis quemque praesidiis. ita magna pars absenti
hosti cessit; quos intra vallum egerat pavor — fuere autem
ad triginta milia —, omnes caesi, castra direpta.

Ita rebus gestis consul advocata contione P. Deci non 37
coeptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit,
et praeter militaria alia dona aurea corona eum et centum

(5,23,3; 23,11,12 und 12,7; 27,51,7; 30,17,6) und *dis laudes gratesque agere* (26,48,3; 27,13,2). Vgl. Plaut. Mil. 411 *Ephesiae Dianae laeta laudes gratisque agam.*

8. *castrensis*] Das Adjektiv steht voran, weil 'ein Triumph im Lager' in Wirklichkeit nie vorkam und auch Decius nur 'gleichsam im Triumph' einherzog. Den eigentlichen Triumph feiert dann der Konsul (Kap. 38, 3).

9. *classico*] Das Signal zur Versammlung hiefs *classicum* und wurde mit der Trompete oder dem Horn (*bucina;* Kap. 35, 1) gegeben.

ad contionem convocat] Vgl. 8,32,1 *classicoque extemplo ad contionem advocavit;* 26, 46, 13 *ad contionem advocavit;* 3, 34, 1 *populum ad contionem advocaverunt.* Der gewöhnliche Ausdruck ist: *contionem advocare.*

10. *in manibus esset*] d. h. sich darbiete, von dem Abstraktum *occasio,* wie Sall. Cat. 20,2 *dominatio in manibus,* Liv. 6,8,10 *victoriam in manibus esse.*

castellatim] haufenweise, gruppenweise. — Eigentliche Kastelle waren nicht vorhanden.

11. *patentiore*] 'offener', d. h. weniger von Höhen und Wäldern eingeschlossen. Vgl. 21, 25, 11 *per patentia loca.*

12. *in unum*] auf einen Punkt, an einer Stelle, besser Kap. 37, 13 *in unum locum,* wie bei Cicero und Cäsar.

13. *praesidiis*] Posten (vgl. Kap. 34, 14), nach § 10 = *castellis.*

absenti] d. h. ohne dafs er in die Nähe kam.

ad triginta milia] eine starke Übertreibung der Quelle des Livius, wie Kap. 37, 16 (wahrscheinlich des Valerius Antias).

37. 1. *laudes*] Ruhmesthaten, Verdienste.

aurea corona] wie früher Manlius Torquatus ausgezeichnet worden war (Kap. 10, 14).

2 bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. milites, qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in praesentia singulis bubus binisque tunicis donati. secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidialem, clamore donum approbantes, Decio imponunt. altera corona, eiusdem honoris index, a praesidio suo imposita est.
3 his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt; omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium assensus, gerebantur.
4 Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito
5 certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuntii

eximio] 'auserlesen, ausgezeichnet'. Vgl. Paul. Diac. p. 82: *eximium inde dici coeptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur.*

albo] weil er zum Opfer für einen der oberen Götter bestimmt war. Als einem Opfertier waren ihm auch die Hörner vergoldet worden (vgl. Hom. Od. 3, 437; Verg. Aen. 5, 366; Liv. 4, 16, 2).

2. *duplici frumento*] Es war eine nicht seltene Belohnung tapferer Krieger, dafs ihnen die doppelte Portion der Lebensmittel, welche der Soldat auf Staatskosten erhielt, zuerkannt wurde. Die so ausgezeichneten Soldaten hiefsen *duplicarii* (vgl. 2, 59, 11; 24, 47, 11).

bubus] Rinder, Kühe, da man so viele Ochsen (etwa 2500) nicht so bald beisammen gehabt hätte.

obsidialem] gebildet aus dem bei Livius nicht vorkommenden Wort *obsidium,* Belagerung. Die gewöhnlichen Formen sind *obsidio, -ionis* und *obsidionalis.* Der Graskranz, welcher der *corona aurea* oder *triumphalis* zunächst kam, war eine seltene und sehr ehrenvolle Auszeichnung. Er wurde dem Anführer verliehen, welcher eine eingeschlossene oder hart bedrängte Armee oder Stadt gerettet hatte, so dem Fabius Cunctator und dem jüngeren Scipio. (Vgl. Fest. S. 190; Vell. 1, 12, 4; Plin. 22, 3; Gell. 5, 6, 8).

index] bei Livius oft von Sachen statt *indicium* (§ 3; 3, 62, 4; 9, 23, 14; 23, 46, 2 u. a.).

suo] bezogen auf den zu ergänzenden Dativ *ei.*

3. *secum*] Man erwartet *cum eo.* Das Reflexivum stellt den Relativsatz als einen Gedanken des Decius hin, während er umgekehrt durch den Indikativ *fuerant* aus dem Sinne des Livius ausgesagt wird. Vgl. 1, 17, 2; 2, 43, 6; 8, 35, 1; 37, 25, 4; 39, 23, 6; Cic. pro Rosc. Am. 6; Sall. Jug. 61, 1 und 66, 1. Diese Ungenauigkeit im Gebrauche des Reflexivums in Relativsätzen gehört der Umgangssprache an.

farris] Die Römer hatten 300 Jahre lang kein anderes Getreide gehabt als den Dinkel (Plin. 18, 62); doch war jetzt wohl auch der Weizen schon ziemlich verbreitet.

sextarios] Der *sextarius* (Schoppen) war der sechste Teil eines *congius* und fafste einen halben Liter.

contulerunt] Sinn: Jeder der Soldaten, welche das Unternehmen des Decius mitgemacht hatten, erhielt zu seinem Rind noch ein Pfund Dinkel und einen Sextar Wein.

Kap. **37, 4—17.** Valerius Corvus gewinnt bei Suessula einen zweiten Sieg.

4. *ad Suessulam*] am Wege von Capua nach Nola, in der Mitte zwischen diesen beiden Städten, in der Nähe des Caudinischen Passes.

certamine ultimo] Der Begriff des Kampfes liegt schon in *qua;* die

trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem opem
oratum veniunt. confestim signa mota, relictisque impedimentis 6
ac castrorum valido praesidio raptim agitur agmen; nec procul
ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum
iumentorum calonumque turba abesset, castris cepit.

Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura 7
esset, aciem instruit; deinde, postquam nemo obvius ibat, in-
festis signis ad castra hostium succedit. ubi ut militem in vallo 8
vidit missique ab omni parte exploratum, quam in exiguum
orbem contracta castra essent, paucitatem inde hostium col-
ligentes, rettulerunt, fremere omnis acies complendas esse fossas 9
scindendumque vallum et in castra irrumpendum; transactumque
ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum
militum. ceterum, quia multitudo sua commeatibus gravis et 10
prius sedendo ad Suessulam et tum certaminis mora haud
procul ab rerum omnium inopia esset, placuit, dum inclusus
paveret hostis, frumentatum per agros militem duci: interim 11
Romano, qui expeditus, quantum umeris inter arma geri posset
frumenti, secum attulisset, defutura omnia.

Consul palatos per agros cum vidisset hostes, stationes 12
infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad castra oppu-
gnanda ducit. quae cum primo clamore atque impetu cepisset, 13
pluribus hostium in tentoriis suis quam in portis valloque
caesis, signa captiva in unum locum conferri iussit; relictisque
duabus legionibus custodiae et praesidii causa gravi edicto

Worte bedeuten also soviel als 'zum letztenmal'.

5. *inde*] Livius denkt sich also den Valerius noch am Gaurus stehend.

6. *signa mota*] = *exercitus profectus est.* Cäsar gebraucht die bei Livius häufige Redensart *signa movere* (z. B. 1,14,9; 21,35,7; 22,36,6 und 38,6; 27,2,12) noch nicht; er setzt dafür *signa ferre.* Das üblichere *castra movere* war hier nicht anwendbar.

agitur agmen] 'das Heer wird in Bewegung gesetzt', eine Phrase des Livius (2,58,7; 25,36,1; 27,16,10), zuweilen mit dem Adverb *raptim* (6,28,2; 21,41,4 und 61,4; 23,36,6; 25, 9, 3).

ut quibus] Vgl. Kap. 5, 9.

7. *ibat*] Das Imperfekt nach *postquam* findet sich bei Livius gegen hundertmal zur Bezeichnung eines Zustandes, namentlich in negierten Sätzen (vgl. Kap. 2, 11), oft bei Sallust, viermal bei Cicero, zweimal bei Cäsar.

8. *ab omni parte* gehört zu *exploratum.*

quam in] Vgl. Kap. 2, 13. Der Fragesatz ist abhängig von *rettulerunt.*

colligentes] indem sie daraus auf . . . schlossen.

9. *transactum*] abgeschlossen, abgethan, zu Ende gebracht, eigentlich von Handelsgeschäften, dann in Verbindung mit *certamen* (Liv. 9,12,11) u. *bellum* (Tac. Hist. 2,38).

10. *gravis*] lästig, beschwerlich für die Zufuhren, weil grofse Proviantvorräte herbeigeschafft werden mufsten.

sedendo] Vgl. Kap. 13, 7.

12. *paucis*] = *paucis verbis.* Kap. 32, 5.

13. *captiva*] 'erbeutet, erobert', bei Livius oft von Sachen.

duabus legionibus] Wie grofs die Heere der beiden Konsuln gewesen

14 monitis, ut, donec ipse revertisset, praeda abstinerent, profectus
agmine instructo, cum praemissus eques velut indagine dissi-
15 patos Samnites ageret, caedem ingentem fecit. nam neque,
quo signo coirent inter se, neque, utrum castra peterent an
16 longiorem intenderent fugam, territis constare poterat; tantumque
fugae ac formidinis fuit, ut ad quadraginta milia scutorum, ne-
quaquam tot caesis, et signa militaria cum iis, quae in castris
capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur.
17 tum in castra hostium reditum, ibique omnis praeda militi data.
38 Huius certaminis fortuna et Faliscos, cum in indutiis es-
sent, foedus petere ab senatu coëgit et Latinos iam exercitibus
2 comparatis ab Romano in Paelignum vertit bellum. neque ita
rei gestae fama Italiae se finibus tenuit, sed Carthaginienses
quoque legatos gratulatum Romam misere cum coronae aureae
dono, quae in Capitolio in Iovis cella poneretur. fuit pondo
3 viginti quinque. consules ambo de Samnitibus triumpharunt
sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito

seien, giebt Livius nirgends an (vgl. Kap. 32, 2). Gewöhnlich hatte ein konsularisches Heer zwei Legionen und ein ebenso grofses Kontingent Bundesgenossen. Nach Kap. 38, 1 ist anzunehmen, dafs keine latinischen Hilfstruppen im römischen Heere gegen die Samniten mitfochten; und nach Kap. 25, 8 ist das stärkste Aufgebot der römischen Bürger auf 10 Legionen anzusetzen. Demnach hatte wahrscheinlich jeder Konsul 4—5 Legionen erhalten. Da nun Valerius (nach § 6) in seinem früheren Lager eine starke Besatzung (also wohl eine Legion) zurückgelassen hat, so bleiben ihm nach Abrechnung dieser neuen Besatzung nicht mehr als zwei Legionen für seine Unternehmung.

14. *indagine*] Das Wort *indago* bezeichnet die Einschliefsung, Umzingelung eines Wildes. Die Reiter schliefsen die fliehenden Samniten ein und jagen sie, wie bei einer Treibjad, dem Fufsvolk entgegen. Vgl. Caes. 8, 18, 1 *velut indagine hunc (campum) insidiis circumdederunt;* Tac. Agr. 37 *indaginis modo.*

15. *quo signo*] auf welches Zeichen.

longiorem] Angabe des Zieles zu *intenderent*, statt des Adverbs *longius,* weiter weg, in die Ferne.

16. *fugae ac formidinis*] Die beiden allitterierenden Substantiva finden sich zuweilen verbunden: **10, 14, 20** und **28, 16; 22, 38, 4;** Sall. Jug. **55, 7.**

tot] scil. *hominibus, Samnitibus.*

Kap. **38.** Einwirkung der römischen Siege auf das Verhalten der Falisker, Latiner und Karthager; Triumph der beiden Konsuln; Winterquartiere in Capua und Campanien.

1. *Faliscos*] Vgl. Kap. 22, 5.

Paelignum ... bellum] Die Päligner waren ein sabellischer Stamm in den östlichen Apenninen, mit den Städten Corfinium und Sulmo. Sie waren von den Latinern getrennt durch die Herniker, Äquer, Marser. Deshalb ist die Angabe, dafs zwischen ihnen und den Latinern ein Krieg stattgefunden habe, nicht glaubwürdig.

2. *ita*] mit *gestae* zu verbinden, durch die Stellung gehoben.

Carthaginienses] Vgl. Kap. 27, 2. Die Anerkennung dieses klugen Handelsvolkes läfst den Erfolg der Römer als sehr bedeutend erscheinen, indem Karthago auf Roms Gunst Gewicht zu legen beginnt.

in Iovis cella] Vgl. Kap. 3, 5.

3. *triumpharunt*] M. Valerius am 22., A. Cornelius am 23. September (nach den Triumphalfasten).

incondito] Vgl. Kap. 2, 5.

militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset.

Campanorum deinde Suessulanorumque auditae legationes; 4
precantibusque datum, ut praesidium eo in hiberna mitteretur,
quo Samnitium excursiones arcerentur. iam tum minime sa- 5
lubris militari disciplinae Capua instrumento omnium voluptatium delenitos militum animos avertit a memoria patriae; inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendae Campanis Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent:
neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum. cur 6
autem potius Campani agrum Italiae uberrimum, dignam agro urbem, qui nec se nec sua tutari possent, quam victor exercitus haberet, qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depu-
lisset? an aequum esse, dediticios suos illa fertilitate atque 7
amoenitate perfrui, se militando fessos in pestilenti atque arido circa urbem solo luctari aut in urbe insidentem labem crescentis in dies faenoris pati?

Haec agitata occultis coniurationibus necdum vulgata in 8
omnes consilia invenit novus consul C. Marcius Rutilus, cui Campania sorte provincia evenerat, Q. Servilio collega ad urbem
relicto. itaque cum omnia ea, sicut gesta erant, per tribunos 9
comperta haberet, et aetate et usu doctus, quippe qui iam quartum consul esset dictatorque et censor fuisset, optimum ratus differendo spem, quandocumque vellent, consilii exsequendi militarem impetum frustrari, rumorem dissipat in iisdem oppidis
et anno post praesidia hibernatura. divisa enim erant per 10
Campaniae urbes, manaverantque a Capua consilia in exercitum omnem. eo laxamento cogitationibus dato quievit in praesentia seditio.

4. *eo*] zunächst nach Capua und Suessula, dann aber auch in andere Ortschaften Campaniens.

5. *iam tum*] noch mehr 127 Jahre später (im Winter 216 auf 215), als Hannibals Armee dort verweichlichte (23, 18, 10 fg.).

instrumento] die Mittel, Hilfsmittel zu, die Befriedigung.

ademissent] 424 v. Chr. Vgl. 4, 37, 2 *cepere autem prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque accepti, deinde festo die graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti.*

6. *neque immerito*] Litotes, = *et merito.*

suum] in seltener Weise auf das nachfolgende Objekt *eos* bezogen.

quam victor exercitus haberet] Richtiger wäre *haberent* (in direkter Rede *habeant*) *quam victor exercitus.*

suo sudore ac sanguine] Allitteration. Vgl. 2, 48, 2 *sanguine ac sudore*, 6, 17, 4 *plenum sudoris ac sanguinis.*

7. *an aequum esse*] rhetorische Frage, statt der Behauptung *non aequum esse.*

pestilenti] hauptsächlich wegen der Nähe der pomptinischen Sümpfe.

8. *C. Marcius*] Vgl. Kap. 16, 1.

Q. Servilio] Es ist der Kap. 22, 10 genannte oder sein Sohn.

9. *frustrari*] 'abzulenken, zu lähmen', indem sie hofften, sie könnten ihren Plan im nächsten Winter immer noch ausführen.

anno post] Ebenso 2, 16, 7, = *anno proximo.*

39 Consul educto in aestiva milite, dum quietos Samnites
habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorum hominum
instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graves iam
2 aetate aut viribus parum validos. quidam in commeatus mit-
tebantur, singuli primo, deinde et cohortes quaedam, quia procul
ab domo ac rebus suis hibernassent; per speciem etiam mili-
tarium usuum, cum alii alio mitterentur, magna pars ablegati.
3 quam multitudinem consul alter Romae praetorque alias ex
4 aliis fingendo moras retinebat. et primo quidem ignari ludi-
ficationis minime inviti domos revisebant. postquam neque
reverti ad signa primos nec ferme alium, quam qui in Cam-
pania hibernassent, praecipueque ex his seditionis auctores
mitti viderunt, primum admiratio, deinde haud dubius timor
5 incessit animos consilia sua emanasse: iam quaestiones, iam
indicia, iam occulta singulorum supplicia impotensque et cru-
dele consulum ac patrum in se regnum passuros.
6 Haec qui in castris erant occultis sermonibus serunt,
7 nervos coniurationis exsectos arte consulis cernentes. cohors
una, cum haud procul Anxure esset, ad Lautulas saltu angusto

Kap. 39—42. Das Jahr 412 der Stadt: Empörung des Heeres in Campanien.

39. 1. *aestiva*] scil. *castra,* Gegensatz zu *hiberna* (Kap. 38, 4).

turbulentorum hom.] der Aufrührer, Ruhestörer.

emerita stipendia] stehender Ausdruck zur Bezeichnung der vollendeten Dienstzeit (3, 57, 9).

graves] schwerfällig.

2. *commeatus*] 'Urlaub', weshalb Plural?

ablegati] Vgl. Kap. 13, 8.

4. *primo*] Dieses versetzt uns wieder nach Campanien zur Zeit der ersten Urlaubserteilungen. Als Subjekt zu *revisebant* sind die Urlaub nehmenden Krieger zu denken, zu *viderunt* aber die beim Heere zurückgebliebenen.

admiratio] Vgl. Kap. 10, 12.

sua] auf die bei *animos* zu denkenden Personen bezogen.

emanasse] Der Acc. c. Inf. nach Ausdrücken der Furcht findet sich bei Livius auch an sieben anderen Stellen statt der Konstruktion mit *ne* (2,7,9; 3,22,2; 5,21,6; 10,36,3; 23, 14, 8; 32, 26, 16; 35, 14, 3), bei andern Prosaikern selten.

5. *consulum ac patrum*] Die Soldaten fürchteten, die Sache würde den Centuriatkomitien, welchen die oberste Gerichtsbarkeit über römische Bürger zustand, entzogen und vom Senat und den Konsuln entschieden.

6. *serunt*] 'erörtern, verhandeln', = *disserunt.* Vgl. Verg. Aen. 6, 160 *multa inter sese vario sermone serebant.*

nervos coni. exsectos] der Verschwörung seien die Nerven ausgeschnitten, d. h. die Stützen derselben seien entfernt. Vgl. Cic. de lege agr. 2, 91 *nervis urbis (Capuae) omnibus exsectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.*

7. *cohors una*] Wahrscheinlich denkt sich Livius, daſs diese Kohorte auf Urlaub geschickt war (vgl. § 2).

Anxure] später *Tarracīna* genannt (4, 59, 3), j. Terracina.

Lautulas] eine volskische Ortschaft östlich von Tarracina. In der Nähe derselben tritt das Gebirge nahe an das Meer heran und läſst für die Verbindung zwischen den Städten Tarracina und Fundi nur einen schmalen Paſs offen (vgl. 22, 15, 11).

inter mare ac montes consedit ad excipiendos, quos consul
aliis atque aliis, ut ante dictum est, causis mittebat. iam 8
valida admodum numero manus erat, nec quicquam ad iusti
exercitus formam praeter ducem deerat. incompositi itaque
praedantes in agrum Albanum perveniunt et sub iugo Albae
Longae castra vallo cingunt. perfecto inde opere reliquum 9
diei de imperatore sumendo sententiis decertant, nulli ex prae-
sentibus satis fidentes: quem autem ab Roma posse exciri? 10
quem patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens
offerat, aut cui ex iniuria insanientis exercitus causa recte
committatur? postero die cum eadem deliberatio teneret, ex 11
praedatoribus vagis quidam compertum attulerunt T. Quinctium
in Tusculano agrum colere, urbis honorumque immemorem.
patriciae hic vir gentis erat; cui cum militiae magna cum 12
gloria actae finem pes alter ex vulnere claudus fecisset, ruri
agere vitam procul ambitione ac foro constituit. nomine audito 13
extemplo agnovere virum et, quod bene verteret, acciri iusserunt.
sed parum spei erat voluntate quicquam facturum; vim ad-
hiberi ac metum placuit. itaque silentio noctis cum tectum 14
villae qui ad id missi erant intrassent, somno gravem Quinctium
oppressum, nihil medium, aut imperium atque honorem aut,
ubi restitaret, mortem, ni sequeretur, denuntiantes, in castra
pertraxerunt. imperator extemplo adveniens appellatus, insi- 15
gniaque honoris exterrito subitae rei miraculo deferunt et ad

8. *itaque*] Vgl. Kap. 2, 6.

sub iugo Albae Longae] am westlichen Fuſse des Mons Albanus, zwischen dem Albaner See und dem Nemi-See.

9. *decertant*] Bezeichnung eines langen und heftigen Streites. Der üblichere Ausdruck ist *sententiis certare* (26, 32, 1; 28, 26, 2; 42, 50, 1. Tac. Ann. 1, 29).

nulli . . . fidentes] = *dicentes se nulli ex praesentibus satis fidere.* Zu der Aussage *se nulli . . . fidere* fügt *autem* den Gegensatz hinzu.

10. *plebis*] unter den angesehenen Plebejern.

ex iniuria] Gegensatz zu *sciens* ('wissentlich'), 'nach einer Gewaltthat des rasenden Heeres', d. h. nachdem er mit Gewalt zur Übernahme des Oberbefehls gezwungen worden wäre.

11. *eadem deliberatio*] = *deliberatio de eadem re.*

teneret] 'anhielt, fortdauerte'. Vgl. 2, 3, 5 *per aliquot dies ea consultatio tenuit;* 3, 19, 2; 29, 6; 47, 6 *silentium inde aliquamdiu tenuit.*

Tusculano] Neutrum, 'im Tusculanischen'.

12. *procul*] Vgl. Kap. 5, 9.

13. *quod bene verteret*] 'was sich zum Guten wenden möge', eine ziemlich häufige Phrase (z. B. 3, 26, 9; 35, 8; 62, 5).

14. *somno gravem*] 'im tiefen Schlafe', Bestimmung zu *oppressum* ('überfallen').

ubi] 'so oft', mit Coniunctivus iterativus (vgl. Kap. 4, 2).

restitaret] Intensivum zu *restare*, 'zaudern, widerstreben', nach den Komikern zuerst von Livius wieder gebraucht (10, 19, 5; 30, 31, 8).

15. *imperator*] 'Oberfeldherr', ein Ehrentitel, welchen die Konsuln und Diktatoren erst nach einem Siege vom Heere erhielten.

extemplo] 'sogleich', bestimmt und erklärt durch *adveniens.*

miraculo] durch dis Sonderbarkeit, das Auffallende. Vgl. 1, 59, 3

16 urbem ducere iubent. suo magis inde impetu quam consilio
ducis convulsis signis infesto agmine ad lapidem octavum viae,
17 quae nunc Appia est, perveniunt; issentque confestim ad urbem,
ni venire contra exercitum dictatoremque adversus se M. Valerium
Corvum dictum audissent et magistrum equitum L. Aemilium
Mamercinum.

40 Ubi primum in conspectum ventum est et arma signaque
agnovere, extemplo omnibus memoria patriae iras permulsit.
2 nondum erant tum fortes ad sanguinem civilem, nec praeter
externa noverant bella, ultimaque rabies secessio ab suis habe-
batur. itaque iam duces, iam milites utrimque congressus
3 quaerere ad colloquia, — Quinctius, quem armorum etiam pro
patria satietas teneret, nedum adversus patriam, Corvinus omnes
caritate cives, praecipue milites et ante alios suum exercitum,
4 complexus. *is* ad colloquium processit. cognito ei extemplo
haud minore ab adversariis verecundia quam ab suis silen-
tium datum.

'Deos' inquit 'immortales, milites, vestros publicos meos-
que ab urbe proficiscens ita adoravi veniamque supplex po-
posci, ut mihi de vobis concordiae partae gloriam, non vic-
5 toriam darent. satis fuit eritque, unde belli decus pariatur;
hinc pax petenda est. quod deos immortales inter nuncupanda
6 vota expoposci, eius me compotem voti vos facere potestis, si
meminisse vultis non vos in Samnio nec in Volscis, sed in
Romano solo castra habere, si illos colles, quos cernitis, pa-
triae vestrae esse, si hunc exercitum civium vestrorum, si me

miraculo rei novae; 2,10,5 u. 5,46,3 *miraculo audaciae.*

16. *lapidem*] Der Meilenstein wurde freilich erst dreifsig Jahre später gesetzt, beim Bau der Appischen Strafse.

17. *contra*] Adverb, = *obviam.*

L. Aemilium] Konsul des nächsten Jahres, Sohn des Konsuls von 366 (Kap. 1, 2).

40. 2. *ad*] 'in Bezug auf'. Vgl. 9,16,14 *corporis invicti ad laborem;* 21, 25, 6 *gens ad oppugnandarum urbium artes rudis;* 38, 13, 11 *feroces ad bellandum viros.*

suis] bezogen auf die bei *secessio* zu denkenden Personen.

3. *Quinctius*] scil. *congressus quaerere ac colloquia.* — Nachdem im Vorhergehenden die Nachgiebigkeit der Führer und Soldaten erwähnt wurde, werden nun speziell die Motive der Anführer angegeben.

nedum] nach einem positiven Satz, 'um so mehr' (9, 18, 4; 24, 40, 13; 45, 29, 2; mehrmals bei Tacitus).

Corvinus] Vgl. Kap. 32, 15.

4. *vestros publicos meosque*] euere und meine Staatsgötter, d. h. die Staatsgötter, welche euch und mir gemeinsam sind.

veniam] die Gnade, Huld.

5. *unde ... pariatur*] Gelegenheit ... zu erwerben.

hinc] 'hier', näml. *ex civibus.*

inter] bei keinem andern Klassiker mit einem Gerundivum verbunden, bei Livius zuweilen (6,11,5 und 39, 10; 9, 11, 6; 34, 25, 6; 40, 42, 1).

expoposci] Bei *exposco* findet sich der doppelte Akkusativ nur an dieser Stelle, bei *posco* u. *reposco* dagegen in allen Zeitaltern.

6. *non*] mit Nachdruck vor *vos* gestellt.

si ... si ... si] Im Deutschen wird besser 'dafs' wiederholt.

consulem vestrum, cuius ductu auspicioque priore anno bis
legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis. ego sum 7
M. Valerius Corvus, milites, cuius vos nobilitatem beneficiis
erga vos, non iniuriis sensistis, nullius superbae in vos legis,
nullius crudelis senatus consulti auctor, in omnibus meis im-
periis in me severior quam in vos. ac si cui genus, si cui sua 8
virtus, si cui etiam maiestas, si cui honores subdere spiritus
potuerunt, iis eram natus, id specimen mei dederam, ea aetate
consulatum adeptus eram, ut potuerim tris et viginti annos
natus consul patribus quoque ferox esse, non solum plebi.
quod meum factum dictumve consulis gravius quam tribuni 9
audistis? eodem tenore duo insequentes consulatus gessi, eodem
haec imperiosa dictatura geretur, neque in hos meos et patriae
meae milites mitior quam in vos — horreo dicere — hostes
ero. vos prius in me strinxeritis ferrum quam in vos ego. 10
istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet atque impetus,
si dimicandum est. inducite in animum, quod non induxerunt 11
patres avique vestri, non illi, qui in Sacrum montem seces-
serunt, non hi, qui postea Aventinum insederunt. exspectate, 12
dum vobis singulis, ut olim Coriolano, matres coniugesque
crinibus passis obviae ab urbe veniant! tum Volscorum legiones,
quia Romanum habebant ducem, quieverunt; vos, Romanus
exercitus, ne destiteritis impio bello! T. Quincti, quocumque 13
istic loco seu volens seu invitus constitisti, si dimicandum erit,

consulem vestrum] näml. *priore anno.* Ebenso ist § 16 *vester consul, vester imperator* zu verstehen.

bis castra vi cepistis] Das Lager der Samniten bei Suessula war mit Gewalt genommen worden (Kap. 37, 13); dagegen das Lager am Gaurus hatten sie nach der Niederlage ohne Widerstand verlassen (Kap. 33, 18).

7. *erga vos*] sowohl gegen einzelne (vgl. Kap. 33, 3) als gegen alle insgesamt (Kap. 37, 17).

nullius . . . auctor] übereinstimmend mit Kap. 32, 16.

8. *maiestas*] Hoheit, Würde.

subdere spiritūs] Stolz einflöfsen.

iis] 'von solchen Ahnen'. — Er leitete sein Geschlecht her von Valerius Publicola, Konsul 509 v. Chr. (vgl. Kap. 32, 13).

dederam] durch seinen Zweikampf mit einem Gallier (Kap. 26).

tris et viginti annos] Vgl Kap. 26, 12.

ferox] mit Dativ, 'übermütig gegen'.

9. *eodem tenore*] 'in demselben Geiste' (Kap. 32, 16; 4, 10, 9).

imperiosa] 'gebieterische', wegen der grofsen Machtfülle des Diktators.

10. *in vos ego*] näml. *ferrum stringam,* poetisierend (vgl. Verg. Aen. 10, 715) statt *gladium stringam.*

canent] werden erschallen, geblasen werden, scil. *prius.*

11. *inducite in animum*] ironische Aufforderung statt der Abmahnung *nolite inducere in animum,* näml. einen Kampf gegen Mitbürger zu beginnen.

non illi ... non hi] zweites und drittes Glied, nicht Erklärung zu *patres avique vestri,* da die beiden Secessionen (494 und 449 v. Chr.) vor der Zeit der Grofsväter stattfanden.

12. *ne destiteritis*] ironischer Prohibitiv ('steht ja nicht ab'), entsprechend den Imperativen *inducite* und *exspectate.* Sinn: *magis etiam desistetis.*

tum tu in novissimos te recipito; fugeris etiam honestius ter-
14 gumque civi dederis quam pugnaveris contra patriam; nunc
ad pacificandum bene atque honeste inter primos stabis et
colloquii huius salutaris interpres fueris. postulate aequa et
ferte. quamquam vel iniquis standum est potius quam impias
inter nos conseramus manus.'

15 T. Quinctius plenus lacrimarum ad suos versus 'me quo-
que' inquit, 'milites, si quis usus mei est, meliorem pacis quam
16 belli habetis ducem. non enim illa modo Volscus aut Samnis,
sed Romanus verba fecit, vester consul, vester imperator, milites,
cuius auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle ex-
17 periri. qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus
habuit; qui maxime vobis, suis militibus, parceret, cui plurimum
18 vos, imperatori vestro, crederetis, eum elegit. pacem etiam
qui vincere possunt volunt; quid nos velle oportet? quin omissis
ira et spe, fallacibus auctoribus, nos ipsos nostraque omnia
cognitae permittimus fidei?'

41 Approbantibus clamore cunctis T. Quinctius ante signa
progressus in potestate dictatoris milites fore dixit; oravit, ut
causam miserorum civium susciperet susceptamque eadem fide,
2 qua rem publicam administrare solitus esset, tueretur: sibi se
privatim nihil cavere; nolle alibi quam in innocentia spem
habere; militibus cavendum, quod apud patres semel plebi,
iterum legionibus cautum sit, ne fraudi secessio esset.

13. *fugeris*] Fut. exact. zur stärkeren Versicherung, statt des Futurs.

14. *ferte*] statt des Futurs, 'ihr sollt es erhalten'.

iniquis] Neutr., Ablat. zu *standum* ('eingehen auf'). Vgl. Kap. 6, 6.

potius quam] Vgl. Kap. 18, 6.

16. *modo*] soeben. 22, 30, 3.

cuius] Relativsatz mit Imperativ, wie Cic. Cat. Mai. 59 *multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quaeso, studiose.*

pro vobis] zu eurem Glücke, Heil.

velle] pleonastisch zu *nolite* hinzugefügt, 'hütet euch, ... zu wollen'. Ebenso bei Cic. p. Mur. 50, p. Cael. 79, Phil. 7, 25.

18. *quin*] Fragen mit *quin* ('warum nicht') dienen zum Ausdruck einer lebhaften Aufforderung (1, 45, 6 und 57, 7; 9, 10, 7; 11, 2; 18, 11 u. a.).

auctoribus] 'Ratgeber', auf zwei Feminina bezogen, wie 40, 4, 14 von einer Frau gesagt wird: *auctor mortis instabat.*

41. 1. *approbantibus*] mit Weglassung des Objektes, welches aus dem vorhergehenden Satz zu entnehmen ist, = *assentientibus.*

miserorum] weil sie für ihre Rebellion eine schwere Strafe zu gewärtigen hatten.

2. *cavendum, quod*] = *idem cavendum esse, quod.*

apud patres] bei den Vorfahren, scheinbar temporal: zur Zeit der Vorfahren (vgl. 4, 4, 3).

fraudi] 'Schaden, Nachteil'. Diese Bedeutung hat *fraus* namentlich in den Formeln *fraudi esse* (3, 54, 5 und 14; 30, 19, 9; bei Cicero an 16 Stellen) und *sine fraude* (1, 24, 5; 24, 47, 8; 26, 12, 5).

esset] Bei der ersten Secession wird der selbstverständliche Vorbehalt der Straflosigkeit für die Aufständigen von Livius nicht erwähnt; bei der zweiten wurde derselbe durch einen Senatsbeschlufs (vgl. 3, 54, 5) und ein Plebiscit festgesetzt.

Quinctio collaudato, ceteris bonum animum habere iussis 3
dictator equo citato ad urbem revectus auctoribus patribus
tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi se-
cessio esset; oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam
rem ioco seriove cuiquam exprobraret. lex quoque sacrata 4
militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen nisi ipso vo-
lente deleretur; additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum
fuisset, postea ordinum ductor esset. id propter P. Salonium 5
postulatum est ab coniuratis, qui alternis prope annis et tri-
bunus militum et primus centurio erat, quem nunc primi pili
dicere prohibet, en ego ipse audiente non populo Romano modo
senatuque, sed Iove ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me
dicturum, ut, si nos in foedere ac societate esse velint, con-
sulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant'.

Schlufssatz: Erhebet also einen Anspruch (§ 10).

quando umquam] 'je einmal', Verbindung zweier Synonyma, nur bei Livius (Kap. 6, 14; **6**, 42, 12).

en] 'wohlan, seht', führt einen überraschenden Gedanken ein. § 11; **3**, 17, 6; **22**, 6, 3.

7. *negando militem*] schon mehrmals, so 386 v. Chr. (**6**, 10, 6), 349 (**7**, 25, 5) und zuletzt im Samnitenkriege (zu Kap. 2, 6).

quis dubitat] Nach den verneinten Ausdrücken des Zweifelns setzen Cicero und Cäsar stets *quin*, Nepos und Livius oft den Acc. c. Inf.

plus ducentorum] Übertreibung, da der Bund der Römer und Latiner erst nach der Schlacht am See Regillus (zu Kap. 2, 6) geschlossen wurde, im Jahre 493 v. Chr. (**2**, 33, 4).

8. *bellum . . . gessimus*] Die Päligner waren ein sabellischer Stamm in den östlichen Apenninen mit den Städten Corfinium und Sulmo. Sie waren von den Latinern getrennt durch die Herniker, Aequer, Marser. Gleichwohllen sol die Latiner 343 v. Chr., nachdem sie sich zum Kriege gegen Rom gerüstet hatten, durch die Niederlagen der Samniten geschreckt, ihre Truppen gegen die Päligner geführt haben (**7**, 38, 1 *huius certaminis fortuna . . . Latinos iam exercitibus comparatis ab Romano in Paelignum vertit bellum*).

finium tuendorum ius] Im Jahre 494 (vor Abschlufs des römisch-latinischen Bundes) machten die Aequer einen Einfall in Latium. Die Latiner baten die Römer, entweder ein Heer zu senden oder ihnen zu erlauben, dafs sie sich mit den Waffen verteidigten. Die Römer zogen vor, selbst ein Heer gegen die Aequer zu schicken (**2**, 30, 8 ff.). Im Bündnis selbst war den Latinern die selbständige Kriegführung nicht untersagt (Kap. 2, 13).

nihil intercesserunt] Vgl. Kap. 2, 3.

9. *receptos*] sc. *esse a nobis*. Kap. 2, 6.

10. *querentibus*] Vgl. Kap. 2, 9.

usurpate modo] machet nur geltend, machet doch Gebrauch von dem.

11. *Iove*] Er erwartet, dafs die Abgeordneten der Latiner im kapitolinischen Tempel dem Senate vorgeführt werden, nicht in der Curie.

12 Haec ferociter non suadenti solum, sed pollicenti clamore et adsensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quae e re publica nominis Latini fideque sua viderentur.

5 Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis senatus datus est. ibi cum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate
2 patrum, ne Samnitibus foederatis bellum inferrent, Annius, tamquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus iure
3 gentium tutus loqueretur, 'Tempus erat' inquit, 'T. Manli vosque patres conscripti, tandem iam vos nobiscum nihil pro imperio agere, cum florentissimum deum benignitate Latium armis virisque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adiunctis, videretis, colonias quoque vestras
4 Latinum Romano praetulisse imperium. sed quoniam vos, regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum, nos, quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus, ut condiciones pacis feramus aequas utrisque, quoniam vires quoque aequari dis im-
5 mortalibus placuit. consulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet, senatus partem aequam ex utraque gente esse,
6 unum populum, unam rem publicam fieri. et, ut imperii eadem sedes sit idemque omnibus nomen, quoniam ab altera utra parte concedi necesse est, quod utrisque bene vertat, sit haec sane patria potior, et Romani omnes vocemur'.

7 Forte ita accidit, ut parem ferociae huius et Romani consulem T. Manlium haberent, qui adeo non tenuit iram, ut, si

12. *omnes*] welche auf dem Landtage zugegen waren.

e re publica] 'vereinbar mit dem allgemeinen Besten', eine oft vorkommende Wendung (Kap. 23, 11; 32, 18; **6**, 22, 6 und 23, 10).

5. 1. *egisset cum eis*] milder Ausdruck statt *eis imperavisset.*

3. *tempus erat*] 'die Zeit war da', nämlich gerade jetzt, da Manlius den Latinern den Befehl des Senates mitteilte, 'es wäre an der Zeit gewesen'.

T. Manli] Der Vorsitzer, welcher im Namen des Senates mit den Gesandten verhandelt, wird besonders und zuerst angeredet (**22**, 59, 1).

pro imperio] Vgl. Kap. 2, 1.

Latinum Romano] vom Standpunkt der Kolonieen, statt *nostrum vestro.*

Romano] zwischen *Latinum* und *imperium* hineingestellt. Vgl. **7**, 7, 3 *novus veteri exercitus iungitur*; **28**, 33, 11 und 39, 6.

praetulisse] in gewählter Stellung, wie **9**, 17, 9 (*si Punicum Romano praevertisset bellum*) und **21**, 10, 3.

4. *regno*] ein gehässiger Ausdruck.

impotenti] mafslos, ungezügelt.

induco in animum, 'ich entschliefse mich, verstehe mich dazu', mit Inf. oder *ut.* Bei Livius fehlt das *in* nie, Cicero dagegen sagt meistens *induco animum.*

dabimus] im Sinne von *concedemus* ('einräumen'). Vgl. **3**, 46, 3; **5**, 17, 9.

aequas utrisque] 'welche beiden Teilen gleiche Rechte geben'.

5. *Roma . . . ex Latio*] ungewöhnlicher Ausdruck, = *ex Romanis . . . ex Latinis.* Vgl. Val. Max. **6**, 4, 1 *consulem alterum Capua creari debere.*

6. *ut*] abhängig von *concedi.*

7. *parem . . . consulem*] statt *consulem, cuius ferocia par esset,* eine oft vorkommende Kürze des Ausdrucks (Kap. 8, 2; 18, 11; **5**, 23, 6; **9**, 10, 3).

tanta dementia patres conscriptos cepisset, ut ab Setino homine
leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse
palam diceret et, quemcumque in curia Latinum vidisset, sua
manu interempturum. et conversus ad simulacrum Iovis 'Audi, 8
Iuppiter, haec scelera' inquit; 'audite, Ius Fasque. peregrinos
consules et peregrinum senatum in tuo, Iuppiter, augurato
templo captus ipse atque oppressus visurus es! haecine foe- 9
dera Tullus, Romanus rex, cum Albanis, patribus vestris,
Latini, haec L. Tarquinius vobiscum postea fecit? non venit 10
in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo et cladium
veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos ob-
liti estis?'

Cum consulis vocem subsecuta patrum indignatio esset, 6
proditur memoriae adversus crebram implorationem deum, quos
testes foederum saepius invocabant consules, vocem Annii sper-
nentis numina Iovis Romani auditam. certe, cum commotus 2
ira se a vestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per

8. *scelera*] Frevel, Greuel.

Ius Fasque] menschliches und göttliches Recht, Recht und Gerechtigkeit (Kap. 10, 1; 39, 13).

augurato] altertümlich statt *inaugurato*, durch Beobachtung der Augurien geweiht. Das Particip *auguratus* findet sich mit passivem Sinn auch einmal bei Cicero (in Vat. 24).

9. *haec foedera*] rhetorischer Plural. Tullus Hostilius schlofs mit den Albanern nur einen Vertrag; nämlich vor dem Kampfe der Horatier und Curiatier wurde festgesetzt, *ut, cuius populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret* (**1**, 24, 3). Später bestrafte er eine Treulosigkeit der Albaner dadurch, dafs er Alba Longa zerstörte, die Bewohner aber in Rom ansiedelte, indem er die Edlen von Alba in den Senat und das Patriziat aufnahm, der Menge aber das Bürgerrecht erteilte.

patribus vestris] Einige latinische Städte sollen von Alba Longa aus gegründet worden sein (**1**, 3, 7); dies beutet der Redner dazu aus, dafs er die Albaner zu Stammvätern sämtlicher Latiner macht. Nach **1**, 32, 3 schlofs Tullus auch mit den Latinern selbst ein Bündnis. Da sie es nicht hielten, wurden sie von Ancus Marcius (**1**, 33, 5) und Tarquinius Priscus (**1**, 38, 4) geschlagen.

L. Tarquinius] Nachdem die Latiner bereits unter Servius Tullius Rom als ihr Oberhaupt anerkannt hatten (**1**, 45, 2), nötigte dann Tarquinius Superbus dieselben zu einem Vertrage, nach welchem sie ein Kontingent zum römischen Heere zu stellen hatten (**1**, 52, 5).

10. *venit in mentem*] ohne Dativ (scil. *vobis*), wie **5**, 34, 3.

beneficiorum] dafs sie, obwohl mehrmals besiegt, fortwährend milde behandelt wurden und ein günstiges Bündnis erhielten.

6. 1. *numina*] 'die Macht, Gottheit'. Der Plural steht hier rhetorisch von einem Gotte, wie Verg. Aen. 1, 666 *supplex tua numina posco*, indem an die Äufserungen der Macht gedacht wird.

Iovis Romani] gegenüber dem Iuppiter Latiaris, dem Schirmherr des Latinerbundes, welchem Tarquinius Superbus auf dem Albanerberge einen Tempel gebaut hatte.

2. *certe*] 'bestimmt, unzweifelhaft', im Gegensatz zu der in *proditur memoriae* liegenden Ungewifsheit.

se proripere, davonrennen (**2**, 24, 7; **29**, 9, 4).

per gradus] die Stufen hinab, auf der Treppe, welche zum Vorhof des Tempels hinanführte.

gradus capite graviter offenso impactus imo ita est saxo, ut
3 sopiretur. exanimatum auctores quoniam non omnes sunt,
mihi quoque in incerto relictum sit, sicut inter foederum ruptorum testationem ingenti fragore caeli procellam effusam; nam et vera esse et apte ad repraesentandam iram deum ficta possunt.

4 Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos cum
iacentem Annium vidisset, exclamat, ita ut populo patribusque
audita vox pariter sit: 'Bene habet; di pium movere bellum.
5 est caeleste numen; es, magne Iuppiter; haud frustra te patrem
6 deum hominumque hac sede sacravimus. quid cessatis, Quirites
vosque patres conscripti, arma capere deis ducibus? sic stratas
legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum iacentem
7 videtis'. adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris
animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui iussu consulis prosequebantur, quam ius gentium ab ira impetuque hominum tegeret.

8 Consensit et senatus bellum; consulesque duobus scriptis

ut sopiretur] dafs er ohnmächtig wurde, die Besinnung verlor. — Wahrscheinlich starb er; wenigstens wird er später nie mehr erwähnt.

3. *exanimatum*] näml. *eum esse.*

auctores . . . sunt] angeben, erzählen (Kap. 18, 2; 20, 6; 30, 9; 39, 16).

mihi] Livius gebraucht nach Art der Dichter und des Sallust bei den mit dem Part. Perf. gebildeten Formen des Passivs öfter als Cicero statt des Abl. mit *a* den Dativ: § 4; Kap. 9, 1; 16, 3; 20, 2; 24, 14.

foederum] rhetorischer Plural von einem Bündnis.

testationem] 'Bezeugung, Nachweis', hier zu verstehen von der 'Anrufung der Götter als Zeugen' des Bundesbruches.

repraesentandam] vor Augen stellen, veranschaulichen (2, 36, 6).

4. *populo*] Während der Senatssitzung hatte sich auf dem Platze vor dem kapitolinischen Tempel eine Volksmenge eingefunden.

bene habet] 'gut', = εὖ ἔχει, zuweilen bei den Komikern, einmal bei Cicero (p. Mur. 14), mehrmals bei Livius (Kap. 9, 1; 35, 4; **6**, 35, 8).

bellum] Nach der Meinung des Torquatus wurde von den Römern gegenüber den Latinern kein menschliches oder göttliches Recht verletzt: sie haben die Götter auf ihrer Seite und beginnen 'einen gerechten Krieg' (vgl. **1**, 22, 4 und 32, 12; **9**, 1, 10). Dagegen die Latiner unternehmen ein *bellum impium* (vgl. **1**, 23, 4).

5. *est*] Das Verb ist mit Nachdruck vorangestellt, ohne eine Satzverbindung; dadurch erhält die Rede Lebendigkeit.

sacravimus] von der Gottheit, welche im Bild (vgl. **22**, 37, 12 *Victoriam in ea arce urbis Romanae sacratam*) oder Tempel 'geweiht' und verehrt wird.

6. *stratas legiones dabo*] kräftiger Ausdruck statt *legiones sternam.* Vgl. Ter. Phorm. 974 *hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo;* Verg. Aen. 3, 69 *placataque venti dant maria;* Liv. **4**, 19, 3 *iam ego hanc mactatam victimam legatorum mānibus dabo;* Kap. 30, 6 *dedere* statt *fecere.*

7. *ardoris*] Aufregung, Wut **22**, 5, 8.

magistratuum] wahrscheinlich der Ädilen.

8. *consensit*] ungewöhnlich mit Acc. statt mit *de.* Vgl. Cic. de fin. 2, 117 *idne consensisse de Collatino plurimas gentes arbitramur?*

bellum] Die Förmlichkeiten der

exercitibus per Marsos Paelignosque profecti adiuncto Samni-
tium exercitu ad Capuam, quo iam Latini sociique convenerant,
castra locant. ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa 9
species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque,
dicentis ex una acie imperatorem, ex altera exercitum deis 10
manibus matrique Terrae deberi; utrius exercitus imperator
legiones hostium superque eas se devovisset, eius populi par-
tisque victoriam fore.

Hos ubi nocturnos visus inter se consules contulerunt, 11
placuit averruncandae deum irae victimas caedi, simul ut, si
extis eadem, quae *in* somnio visa fuerant, portenderentur, alter
uter consulum fata impleret. ubi responsa haruspicum insi- 12
denti iam animo tacitae religioni congruerunt, tum adhibitis
legatis tribunisque et imperiis deum propalam expositis, ne
mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret, comparant 13
inter se, ut, ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset,
inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque.

Kriegserklärung werden als selbstverständlich übergangen.

per Marsos Paelignosque] zunächst durch einen Teil von Latium und durch das Land der Aequer oder der im Jahre 358 v. Chr. (vgl. **7**, 15, 9) niedergeworfenen Herniker. Dieser beschwerliche Zug hatte wohl den Zweck, die Aequer, Herniker, Marser, Päligner von einer Verbindung mit den Latinern abzuschrecken.

9. *in quiete*] 'im Schlafe, in einem Traumgesichte' (**21**, 22, 6), gleichbedeutend mit *in somnio* (§ 11) und *in somnis* (**2**, 36, 4; oft bei Cicero).

visa species] scil. *esse*, üblicher Ausdruck von Traumbildern und andern Gesichtern (**1**, 55, 6; **24**, 10, 10 und 44, 8; **42**, 2, 4).

quam pro] als nach Mafsgabe. Vgl. **10**, 14, 21 *minor caedes quam pro tanta victoria fuit.* Ebenso mehrmals *quam pro numero* (**7**, 8, 1; **10**, 41, 6; **21**, 29, 3 und 59, 9).

10. *utrius*] relativ, wie § 3 *ab utra parte.*

super eas] aufser diesen, zu diesen hinzu. Livius gebraucht *super* c. acc. vielfach statt *praeter*.

devovisset] scil. *eis*, nämlich *dis manibus matrique Terrae*, 'dem Tode'. Vgl. § 13; Kap. 9, 4; 10, 11.

11. *averruncandae*] = *avertendae*. Das seltene Wort wird nur von religiösen Dingen gebraucht (**10**, 23, 1. Cic. Att. **9**, 2a, 1).

averruncandae . . . irae] Dativ des Gerundivs zur Bezeichnung des Zweckes bei der offiziellen Phrase *victimas caedere.* Vgl. Kap. 25, 1; **3**, 5, 14 *his avertendis terroribus in triduum feriae indictae;* **10**, 28, 13 *ut luendis periculis publicis piacula simus;* **22**, 35, 5; **42**, 2, 7.

ut] abhängig von *placuit.*

extis] Gegenstand der Opferschau war namentlich die Leber, sowie auch das Herz und die Lunge.

fata impleret] das Schicksal erfüllen, dem Gebote des Schicksals folgen solle.

12. *haruspicum*] Jeder der beiden Konsuln hatte einen Opferpriester auf den Feldzug mitgenommen (Kap. 9, 1).

religioni] Überzeugung, Glaube.

tum] nach einem temporalen Vordersatz mit Nachdruck den Hauptsatz einleitend (Kap. 10, 4; 33, 7; 39, 4).

13. *comparant inter se*] stehender Ausdruck von den Konsuln, welche die Provinzen oder Amtsgeschäfte ohne Anwendung des Loses unter sich feststellen (Kap. 20, 3; 22, 9).

inde] = *ab ea parte*, da, dort.

Quiritibusque] Ungewöhnliche Verbindung, wie **5**, 41, 3 *pro patria Quiritibusque Romanis.* Dagegen

14 Agitatum etiam in consilio est, ut, si quando umquam
severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc utique
15 disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. curam acue-
bat, quod adversus Latinos bellandum erat lingua, moribus,
armorum genere, institutis ante omnia militaribus congruentes;
milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis
compares collegaeque isdem praesidiis, saepe isdem manipulis
16 permixti fuerant. per haec ne quo errore milites caperentur,
edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.
7 Forte inter ceteros turmarum praefectos, qui exploratum
in omnes partes dimissi erant, T. Manlius, consulis filius, super
castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli iactu
2 ab statione proxima abesset. ibi Tusculani erant equites; prae-
erat Geminus Maecius, vir cum genere inter suos tum factis
3 clarus. is ubi Romanos equites insignemque inter eos praece-
dentem consulis filium — nam omnes inter se, utique illustres
4 viri, noti erant — cognovit, 'Unane' ait 'turma, Romani, cum
Latinis sociisque bellum gesturi estis? quid interea consules,
5 quid duo exercitus consulares agent?' 'Aderunt in tempore'
Manlius inquit, 'et cum illis aderit Iuppiter ipse, foederum a
6 vobis violatorum testis, qui plus potest polletque. si ad Re-
gillum lacum ad satietatem vestram pugnavimus, hic quoque
efficiemus profecto, ne nimis acies vobis et collata signa nobis-
7 cum cordi sint'. ad ea Geminus paulum ab suis equo pro-

findet sich oft *populus Romanus Quiritium* (Kap. 9, 7).

14. *si quando umquam*] Vgl. Kap. 4, 6.

disciplina militaris] Im Winter 343 auf 342 hatte das römische Heer zum erstenmal in Städten überwintert, wodurch die Mannszucht gelitten hatte; auch war dies gerade in Campanien geschehen (vgl. **7,** 38, 5), wo jetzt der Krieg geführt wurde. Daher schien es den Konsuln nötig, wieder die alte Strenge zu handhaben.

15. *curam acuebat*] nämlich *consulibus.* Vgl. **10,** 45, 7 *huius propinquitas populi acuit curam patribus.*

isdem manipulis] In die Manipel der Legion wurden wohl nur solche Latiner aufgenommen, welche das römische Bürgerrecht hatten.

7. 1. *turmarum praefectos*] Eine *turma* ('Geschwader') bestand aus 30 Reitern und zerfiel in drei Dekurien. Der Führer oder Dekurio der ersten Dekurie war zugleich *praefectus turmae.*

2. *Tusculani equites*] Die Bewohner von Tusculum besafsen bereits 40 Jahre lang das volle römische Bürgerrecht (Kap. 14, 4; **6,** 26, 8 und 33, 6) und waren der Tribus Papiria zugeteilt (Kap. 37, 12). Doch war ihre Verbindung mit den latinischen Stammesgenossen noch so fest, dafs sie sich gemeinsam mit denselben empörten.

4. *ait*] selten in direkter Rede statt *inquit* (**1,** 24, 5; **32,** 32, 15).

5. *Manlius inquit*] statt *inquit Manlius,* indem *inquit* vor dem Subjekt zu stehen pflegt (Kap. 9, 1).

potest polletque] feierliche Formel mit Allitteration (Kap. 33, 8; **1,** 24, 8 *quanto magis potes pollesque;* Sall. Iug. 1, 3 *pollens potensque*).

6. *acies*] Plural, *proelia.*

collata signa nobiscum] = *pugnae nobiscum commissae.* Vgl. Kap. 30, 7; 32, 6; 36, 8; Cic. in Pis. 49.

cordi] *cordi est,* es ist angenehm,

vectus: 'Visne igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu
exercitus moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro
duorum iam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus
Romano praestet?'
Movet ferocem animum iuvenis seu ira seu detractandi 8
certaminis pudor seu inexsuperabilis vis fati. oblitus itaque
imperii patrii consulumque edicti praeceps ad id certamen
agitur, quo vinceret an vinceretur haud multum interesset.
equitibus ceteris velut ad spectaculum submotis spatio, quod 9
vacui interiacebat campi, adversos concitant equos; et cum in-
festis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam
hostis, Maecii trans cervicem equi elapsa est. circumactis deinde 10
equis cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset,
spiculum inter aures equi fixit. ad cuius vulneris sensum cum
equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, ex-
cussit equitem, quem cuspide parmaque innixum attollentem 11
se ab gravi casu Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum
emineret, terrae adfixit. spoliisque lectis ad suos revectus cum 12
ovante gaudio turma in castra atque inde ad praetorium ad

erfreulich (**28**, 20, 7), meist mit Dat. (**26**, 50, 6; **28**, 18, 5; **30**, 17, 12), namentl. mit dem Dat. *dis* (**1**, 39, 4; **6**, 9, 3 und 20, 6; **9**, 1, 4).

— 7. *igitur*] sc. *inquit* (vgl. Kap. 4, 1), Abwechslung zu § 4 *ait* und § 5 *inquit*.

venit] Nach *dum* findet man bisweilen den Indik. Präsens, wo man den Konjunktiv oder das Futur erwartet (**22**, 29, 9; **23**, 19, 14).

exercitus] Plur., = *duos exercitus consulares* (nach § 4).

moveatis] 'in Bewegung setzet, setzen wollet', ironische Wiederholung der Angabe des Gegners (vgl. § 5); daher nicht *movebitis*.

iam hinc] schon von jetzt an, gleich jetzt.

8. *itaque*] bei Cicero stets erstes Wort des Satzes, bei Livius oft an zweiter und dritter Stelle, wie *igitur* (Kap. 13, 17; 30, 11; 37, 10).

imperii . . edicti] Schon dem Befehle des Vaters hätte der Sohn sich fügen sollen; da aber der Vater das Gebot zudem als Konsul mit seinem Kollegen zusammen erlassen hatte, so durfte der Sohn dasselbe umsoweniger verletzen (vgl. § 15).

quo etc.] Sieg und Niederlage waren für den jungen Manlius ziemlich gleichbedeutend, weil auch der Sieg ihm den Tod bringen sollte.

9. *velut*] Andeutung, daſs dieser Zweikampf in Wirklichkeit nicht als ein freudiges *spectaculum*, sondern als ein trauriges Vergehen des jungen Manlius aufzufassen war.

vacui campi] von *quod* abhängig, während eigentlich *campi* bei *spatio* stehen sollte, = *in spatio campi, quod vacuum interiacebat* ('in der Mitte leer lag').

cuspidibus] Das *spiculum*, die Lanze oder der Spieſs der Reiter (vgl. **4**, 19, 5), war mit einer eisernen Spitze (*cuspis*) versehen.

10. *circumactis*] übliches Wort vom Umwenden der Pferde (**1**, 14, 9; **10**, 11, 1) und der Feldzeichen (**6**, 24, 7; **10**, 36, 9).

11. *parmaque*] Die *parma* war ein runder Schild von Leder, welchen die Reiter trugen (**4**, 38, 3).

terrae] Das Verbum *adfigere* wird öfter mit dem Dativ des festen Punktes verbunden (vgl. **28**, 37, 2 *cruci*) als mit *ad* (**4**, 19, 5 *ad terram*).

12. *lectis*] = *collectis*. Die Redensart *spolia legere* findet sich auch **5**, 39, 1 und **22**, 52, 1 vom Zusammennehmen erbeuteter Waffen.

patrem tendit, ignarus facti futurique, laus an poena merita
esset.
13 'Ut me omnes' inquit, 'pater, tuo sanguine ortum vere
ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso
14 porto.' quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus con-
15 tionem classico advocari iussit. quae ubi frequens convenit,
'Quandoque' inquit 'tu, T. Manli, neque imperium consulare
neque maiestatem patriam veritus adversus edictum nostrum
16 extra ordinem in hostem pugnasti et, quantum in te fuit, di-
sciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, sol-
visti meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut rei publicae
17 mihi aut mei meorumque obliviscendum sit, nos potius nostro
delicto plectemur, quam res publica tanto suo damno nostra
peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre iu-
18 ventuti erimus. me quidem cum ingenita caritas liberum tum
specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris in te
19 movet; sed cum aut morte tua sancienda sint consulum im-
peria aut impunitate in perpetuum abroganda, ne te quidem,
si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin di-

tendit] statt *contendit*, oft bei Livius, nach dem Vorgang der Dichter.

ignarus facti] 'nicht wissend, was er gethan hatte', indem er seine verbotene That für löblich hielt.

merita] von *mereo*. Vgl. **26**, 23, 2 *meritas poenas*.

13. *me...ortum*] Der doppelte Accus. bei *ferre* 'erklären, ausgeben, preisen' findet sich oft (praef. 7; **2**, 41, 10; **4**, 45, 7 u. a.).

tuo sanguine ortum] indem er, wie der Vater (zu Kap. 3, 5), einen feindlichen Anführer im Kampfe erschlagen habe.

ferrent] Imperf., als folge ein Perfekt nach, *cepi* oder *portavi*.

14. *filium*] Das Verbum *aversari* (von sich weisen) verbindet Livius zuerst mit einem Accus. der Sache (**3**, 12, 9) oder der Person (Kap. 12, 1; **3**, 50, 5; **26**, 31, 4).

classico] Das Signal zur Heeresversammlung hieſs *classicum* und wurde mit der Trompete oder dem Horn gegeben.

15. *quandōque*] altertümliche Verstärkung der Konjunktion *quando*, selten in kausalem Sinne gebraucht, 'da nun einmal' (**9**, 10, 9; Cic. in Verr. 3, 187).

maiestatem] mit der Andeutung, daſs der Vater den Kindern Ehrfurcht einflöſse (vgl. **4**, 45, 8). Der gewöhnliche Ausdruck ist *patria potestas*.

16. *stetit*] bestehen blieb, sich behauptet hat (**4**, 40, 9).

Romana res] oft statt *Romana res publica* (Kap. 8, 2; 13, 16).

meorumque] Er hatte von dem hier zum Tode verurteilten Sohn einen Enkel Titus, welcher im Jahre 299 v. Chr. als Konsul vom Pferde stürzte und starb (**10**, 11, 1).

17. *potius... quam*] oft mit dem Konjunktiv ohne *ut*, zuweilen mit *ut*.

18. *specimen istud virtutis*] dein Musterbild der Tapferkeit, d. h. deine musterhafte Tapferkeit.

deceptum] auf *specimen* bezogen. Die Tapferkeit war getäuscht, irregeleitet durch den falschen Schein der Ehre.

in te] nicht mit *movet* zu verbinden.

19. *censeam*] 'ich möchte meinen'. Der Coniunctivus potentialis (vgl. *velim, nolim, malim*) dient scheinbar zur Milderung der gewichtigen Behauptung, verstärkt sie aber, indem sie durch diese ironische Form als bescheiden und unabweisbar

sciplinam militarem culpa tua prolapsam poena restituas. i, lictor, deliga ad palum.'

Exanimati omnes tam atroci imperio nec aliter quam in 20
se quisque destrictam cernentes securem metu magis quam
modestia quievere. itaque velut merso ab admiratione animo 21
cum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice caesa
fusus est cruor, tam libero conquestu coortae voces sunt, ut
neque lamentis neque exsecrationibus parceretur, spoliisque 22
contectum iuvenis corpus, quantum militaribus studiis funus
ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremaretur
Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed
exempli etiam tristis in posterum essent.

Fecit tamen atrocitas poenae oboedientiorem duci militem, 8
et praeterquam quod custodiae vigiliaeque et ordo stationum
intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine, cum
descensum in aciem est, ea severitas profuit. fuit autem civili 2
maxime bello pugna similis; adeo nihil apud Latinos dissonum
ab Romana re praeter animos erat.

hingestellt wird (**21,** 18, 6; **22,** 59, 13; **23,** 12, 10).

deliga] Der zur öffentlichen Hinrichtung Verurteilte wurde an einen Pfahl (*pālus*) gebunden, mit Ruten gestäupt und mit dem Beil enthauptet (vgl. Kap. 32, 10; **2,** 5, 8 und 59, 11; **26,** 13, 15; **28,** 29, 11).

20. *quam...cernentes*] ungewöhnliche Verkürzung des Vergleichungssatzes *quam si...cernerent* (d.h. *quam quievissent, si...vidissent*).

destrictam] hervorgezogen, gezückt.

securem] die gewöhnliche Form bei Livius (**3,** 36, 4; **9,** 16, 17), doch auch *securim* (**1,** 40, 7). Der Ablat. heifst *securi.*

21. *itaque...stetissent*] Erklärung und Folge zu *metu...quievere:* durch das Erstaunen niedergeschlagen standen alle lautlos da.

ab admiratione] *ab* bezeichnet bei Livius oft die äufsere Veranlassung oder den Beweggrund (Kap. 13, 8; 16, 6; 29, 13).

defixi] gelähmt, erstarrt (**1,** 29, 3; **3,** 47, 6; **6,** 40, 1; **7,** 10, 12).

22. *Manliana imperia*] sprichwörtliche Bezeichnung für Befehle von unerhörter Strenge oder Grausamkeit, auch *Postumiana imperia* (vgl. Gell. **1,** 13, 7), weil im Jahre 431 v. Chr. der Diktator A. Postumius nach einem Siege über die Volsker seinen Sohn hinrichten liefs, welcher während der Schlacht, durch eine Gelegenheit zu einem günstigen Kampfe verlockt, seinen Posten verlassen hatte (**4,** 29, 5).

in praesentia] 'zur Zeit, für den Augenblick', von der Vergangenheit, welche einer späteren Zeit gegenübergestellt wird (Kap. 33, 15; **2,** 44, 2; **7,** 37, 2; **33,** 27, 10 u. a.), seltener *in praesens* (**6,** 27, 10; **30,** 17, 1).

8. 1. *duci*] = *consulibus,* ebenso kollektiver Singular, wie *militem.*

custodiae] kleinere Schildwachen während des Tages, dagegen *vigiliae* bei Nacht; die *stationes* sind gröfsere Wachposten, zumal die Vorposten vor dem Lager.

erant] mit Gen. qual., 'ein Gegenstand...waren'.

descensum] vom höher gelegenen Lager auf das Schlachtfeld. Der Ausdruck *descendere in aciem* findet sich oft vom Auszug zur Schlacht (**9,** 14, 7; **23,** 40, 9; **27,** 41, 5; **31,** 36, 4 u. a.).

2. *civili bello*] kurzer Ausdruck. Der Gedanke ist: *pugna maxime similis erat pugnae, qualis in civili bello est.* Vgl. Kap. 5, 7.

adeo] Vgl. Kap. 2, 7.

3 Clipeis antea Romani usi sunt; dein, postquam stipendiarii
facti sunt, scuta pro clipeis fecere, et quod antea phalanx si-
milis Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit
4 esse; postremo in plures ordines instruebantur. ordo sexage-
nos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat.
5 Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes

§§ 3—18. Exkurs über das römische Heerwesen und die römische Schlachtordnung der älteren Zeit.

3\. *clipeis*] Der *clipeus* (*ἀσπίς*) war ein Rundschild aus Erz, welcher nur den Unterleib deckte, so dafs zum Schutze der Brust ein Panzer nötig war. Dagegen das *scutum* (*θυρεός*), ein gewölbter Langschild, deckte den ganzen Körper und machte die *lorica* unnötig. Es bestand aus einem länglichen Holzbrett, welches mit Leder überzogen und mit einem eisernen Rande versehen war.

Romani] Dieser Ausdruck ist ungenau. Nach der Anordnung des Servius Tullius (**1**, 43, 2) trugen nur die Angehörigen der ersten Vermögensklasse, welche in der Phalanx voranstanden und daher *principes* hiefsen, den *clipeus;* dagegen die *hastati,* die Krieger der übrigen Klassen, welche zusammengenommen nicht viel mehr Fufsvolk stellten, als die erste Klasse, hatten von je her das *scutum*

stipendiarii] Das Wort bedeutet sonst 'tributpflichtig'; hier aber mufs es den Sinn haben: um Sold dienend (wie bell. Afr. 43; Tac. Ann. 4, 73).

stip. facti sunt] 406 v. Chr., als ein langer Krieg mit Veji in Aussicht stand, entschlofs sich der Senat, den Kriegern einen Sold aus der Staatskasse zu entrichten (**4**, 59, 11).

fecere] 'nahmen sie, schafften sie sich an'. — Die Einführung des Soldes hatte zur Folge, dafs der Census seine Bedeutung für die Ausrüstung des Heeres verlor und eine gleichmäfsige Bewaffnung mit dem *scutum* durchgeführt wurde, zumal da dieses gegen die Schwerter der Gallier mehr Schutz gewährte, als der *clipeus,* und zudem in der Zeit der Not nach der Einnahme Roms durch die Gallier (390 v. Chr.) das Erz kostbar war.

antea] vor der Einführung des Soldes.

Macedonicis] sc. *phalangibus erat.* — Der Plural bezeichnet die verschiedenen Fälle, in denen eine macedonische Phalanx den Römern im Kampfe gegenüber gestanden hatte. Übrigens kämpften auch die Griechen bis in die letzte Zeit in Phalangen.

postea ... esse] Nach der Einführung des Soldes und der gleichmäfsigeren Bewaffnung brauchten die Glieder der Schlachtordnung nicht mehr nach den Censusklassen gebildet zu werden, und es bildete sich allmählich eine manipelweise Aufstellung aus. Namentlich scheint Camillus in den Kämpfen gegen die Gallier Veränderungen an der Schlachtordnung vorgenommen zu haben (Dion. XIV, 13).

postremo] im Gegensatz zu *coepit,* 'zuletzt', als die Reform der Bewaffnung und der Aufstellung durchgeführt und die Manipularstellung vollständig ausgebildet war.

in plures ordines] 'in eine gröfsere Anzahl Ordnungen' (nämlich 45). Das Wort *plures* bedeutet oft (ohne Komparation) 'mehrere, manche, viele'.

4\. *duos*] statt *binos* (wie **1**, 17, 5 *decem* statt *deni*).

5\. *manipuli*] der eigentliche Name für die Abteilungen oder *ordines* der Hastaten und der Principes.

quindecim] nämlich in einer Legion; denn die §§ 5—8 schildern die Schlachtordnung einer Legion zu 5000 Mann (§ 14).

distantes ... spatium] Dies ist der wesentliche Unterschied zwischen der Aufstellung als Phalanx und

inter se modicum spatium. manipulus leves vicenos milites,
aliam turbam scutatorum habebat; leves autem, qui hastam
tantum gaesaque gererent, vocabantur. haec prima frons in 6
acie florem iuvenum pubescentium ad militiam habebat. robu-
stior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est
nomen, hos sequebantur, scutati omnes, insignibus maxime
armis. hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, 7
quia sub signis iam alii quindecim ordines locabantur, ex qui-
bus ordo unus quisque tres partes habebat. earum primam
quamque pilum vocabant. tribus ex vexillis constabat; centum 8

derjenigen nach Manipeln, Zerteilung der Linie nach Streithaufen und mäfsige Zwischenräume zwischen diesen zur Erzielung einer langen Schlachtreihe, welche nicht leicht zu überflügeln war, mit Beibehaltung der Tiefe der Phalanx, so dafs auch einem ungestümen Feind ein Durchbruch nicht möglich war.

modicum spatium] Andeutung, dafs der Abstand zwischen zwei Manipeln nur etwa halb so grofs war als die Frontlänge eines Manipels.

leves vicenos milites] Diese Leichtbewaffneten ermöglichten die neue Aufstellung und Gefechtweise, indem sie in den Intervallen zwischen den Manipeln standen und diesen die Flanken deckten. Zu diesem Zwecke wurden also jedem Manipel der Hastaten aufser der in § 4 genannten Mannschaft noch 20 Leichtbewaffnete beigegeben, so dafs die *prima acies* einer Legion aus 1245 Mann bestand (näml. 300 Leichtbewaffneten, 900 gemeinen Hastaten, 30 Centurionen, 15 Fähnrichen). In späterer Zeit wurde dann die Zahl der Manipel auf 10 herabgesetzt, so dafs 10 Centurionen und 5 Fähnriche wegfielen und der Manipel nun 120 Gemeine erhielt, die alle gleich bewaffnet wurden.

gaesa] zwei (oder mehr?) lange Wurfspiefse, nach Art der gallischen.

6. *pubescentium ad militiam*] 'welche zum Kriegsdienst heranreiften', indem sie die ersten Feldzüge in der Legion machten.

totidem manipulorum] also bestehend aus 15 Manipeln zu 63 Mann (§ 4), so dafs sich die Zahl der Principes in einer Legion auf 945 Mann belief. Es waren ihnen keine Leichtbewaffneten beigegeben; dagegen wurden sie nötigenfalls durch die Rorarii unterstützt (Kap. 9, 14).

est nomen] auf die Zeit des Livius bezogen, in welcher die Legion immer noch eine Abteilung der Principes hatte. Sie bestand nun ebenfalls aus 10 Manipeln zu 123 Mann, wie diejenige der Hastaten (vgl. Pol. 6, 21, 9).

7. *quia*] Begründung zum ganzen Satz *hoc...appellabant.* Man fafste die Hastaten und die Principes auch unter der Bezeichnung *antepilani* (oder häufiger *antesignani*) zusammen im Gegensatz zur dritten Heeresabteilung, welche an Zahl der Mannschaft stärker war als die beiden vorderen Abteilungen zusammen.

sub signis] = *sub vexillis* (§ 10), hinter ihren Feldzeichen, während die Fahnen der Hastaten und Principes im Gefechte hinter der Front standen.

pilum] Für das erste Fähnlein jedes der 15 *ordines* des dritten Treffens, d. h. für alle 15 Kompagnieen der Triarier, hatte man auch die Bezeichnung *pīlus*, welche darauf hinweist, dafs die Triarier früher einmal das Pilum als Schufswaffe hatten, während sie jetzt die Hasta führten (§ 10). Daraus erklärt sich auch die Bezeichnung *antepilani*.

8. *constabat*] sc. *ordo*. Der Satz ist nicht ganz identisch mit § 7 *tres partes habebat,* indem er hinzufügt, dafs diese *partes* die Bezeichnung *vexillum* hatten.

octoginta sex homines erant. primum vexillum triarios ducebat,
veteranum militem spectatae virtutis, secundum rorarios, minus
roboris aetate factisque, tertium accensos, minimae fiduciae
manum; eo et in postremam aciem reiciebantur.
9 Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati om-
nium primi pugnam inibant. si hastati profligare hostem non
possent, pede presso eos retro cedentes in intervalla ordinum
principes recipiebant. tum principum pugna erat; hastati seque-
10 bantur. triarii sub vexillis considebant sinistro crure porrecto,
scuta innixa umeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas,
11 haud secus quam vallo saepta inhorreret acies, tenentes. si
apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a
prima acie ad triarios sensim referebantur. inde rem ad triarios
12 redisse, cum laboratur, proverbio increbuit. triarii consur-

erant] Der dreifache *ordo* des dritten Treffens hatte die dreifache Anzahl der Mannschaft eines einfachen *ordo* oder eines Manipels der Principes. Doch war bei jedem Vexillum wohl nur ein Centurio, was durch die gelegentliche Erwähnung des *centurio primi pili* (z. B. § 16; **7**, 3, 1 und 41, 5) bestätigt wird. Das dritte Treffen bestand also aus 15 × 186 = 2790 Mann. Rechnet man dazu 2190 Mann Antesignani und 6 Kriegstribunen, so ergiebt sich für die Legion ein Bestand von 4986 Mann, oder rund 5000 Mann.

ducebat] 'führte ... an', von der Fahne gesagt, welche der Kompagnie vorausging.

veteranum militem] diejenige Mannschaft, welche die meisten Feldzüge gemacht hatte. Daher gingen die Centurionen der Triarier denjenigen der Hastaten und der Principes im Range voran.

rorarios] Vgl. Non. S. 552: *rorarii appellabantur milites, qui, antequam congressae essent acies, primo non multis iaculis inibant proelium; nomen inde tractum, quod ante maximas pluvias caelum rorare incipiat.*

minus roboris] Apposition zu *rorarios.* Es war junge und leichtbewaffnete Mannschaft.

accensos] 'die Überzähligen', wahrscheinlich Rekruten in derselben Bewaffnung, wie die Triarier (Kap. 10, 2). — *eo*] = *ob eam rem.*

9. *his ordinibus*] in diesen Abteilungen.

esset . . . possent] Coniunctivus iterativus. Der Konj. des Imperf. und Plusqpf. steht bei Livius und den späteren Historikern oft in Nebensätzen zur Bezeichnung einer wiederholten Handlung. Vgl. § 11 *esset pugnatum,* 12 *recepissent.*

pede presso] gemessenen, langsamen Schrittes. Vgl. **28**, 14, 14 *presso gradu incedere.*

sequebantur] 'rückten nach', als Hintertreffen.

10. *considebant*] Sie lagen auf dem rechten Knie, indem sie das linke Bein vorhielten (Kap. 9, 14).

subrecta] 'aufwärts gekehrt'. Vgl. **7**, 10, 10 *mucrone subrecto;* Verg. Aen. 4, 183 *subrigit aures.* Das Wort findet sich im späteren Latein zuweilen und ist zu unterscheiden von *surgere* 'aufstehen'.

cuspide] Vgl. Kap. 7, 9.

haud secus quam] statt *haud secus quam si* (Kap. 39, 7; **2**, 30, 13; **3**, 23, 2; **31**, 35, 5), wie Livius oft *si* nach *tamquam* und *velut* wegläfst.

vallo] mit einem *vallum,* einer Verschanzung aus Pallisaden.

11. *referebantur*] im Sinne von *revertebantur* (wie Cic. Tusc. 1, 119; Verg. Aen. 1, 390).

cum laboratur] wenn man bedrängt ist, wenn es schlimm steht.

proverbio increbuit] es ist durch das Sprichwort häufig geworden,

gentes, ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos
recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant
vias, unoque continenti agmine iam nulla spe post relicta in 13
hostem incidebant; id erat formidolosissimum hosti, cum velut
victos insecuti novam repente aciem exsurgentem, auctam
numero, cernebant.

Scribebantur autem quattuor fere legiones quinis milibus 14
peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum
ex Latino dilectu adiciebatur, qui ea tempestate hostes
erant Romanis eodemque ordine instruxerant aciem. nec vexilla 15
cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis, principes
cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines
turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. duo primi- 16
pili ex utraque acie inter triarios erant, Romanus corpore haudquaquam
satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae,
Latinus viribus ingens bellatorque primus, notissimi inter se, 17
quia pares semper ordines duxerant. Romano haud satis fidenti 18
viribus iam Romae permissum erat ab consulibus, ut subcenturionem
sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno

d. h. es ist sprichwörtlich geworden.

12. *compressis ordinibus*] Im Gegensatz zu dem aufgelösten Gefechte der Antesignani bildete das dritte Treffen, voran die Triarier, samt den zurückgewichenen Hastaten und Principes einen enggeschlossenen Streithaufen.

claudebant vias] durch *velut* als bildlicher Ausdruck bezeichnet: sie sperrten die Durchgänge und verschlossen gleichsam die Wege des Rückzuges.

13. *post*] Adverb, statt *post ipsos,* hinter ihnen.

insecuti] neben dem Sing. *hosti,* durch Constructio ad intellectum.

auctam numero] indem das dritte Treffen der Zahl nach stärker war als die beiden vorderen.

cernebant] Indik., weil *cum* hier = *quotiens* ist.

14. *quinis milibus*] auffallender Abl. qualitatis. Die Bestimmung des Mafses durch eine Zahl tritt sonst in den Gen. der Eigenschaft.

alterum tantum] 'eine gleich grofse Zahl'. *tantum* ist Substantiv. Der Ausdruck findet sich fünfmal bei Livius (**1**, 36, 7; **10**, 46, 15; **45**, 40, 2 und 5) und einmal bei Plautus (Bacch. 1184).

Latino] = *Latinorum,* mit nachfolgendem *qui.* Vgl. Kap. 2, 13.

tempestate] bei Livius und andern Historikern oft 'Zeitraum, Zeitpunkt'. Kap. 16, 4; 29, 9.

eodem ordine] Beim römischen Heere waren sie wohl nur nach Kohorten mit Unterscheidung der drei Treffen geordnet gewesen, nicht nach Legionen. Diejenigen Latiner jedoch, welche das römische Bürgerrecht hatten, wie die Tusculaner (Kap. 7, 2), waren wohl in die römischen Legionen eingereiht worden (Kap. 6, 15).

15. *nec vexilla . . . sciebat*] = *et sciebant non vexilla tantum concurrendum sibi esse cum vexillis* etc.

vexilla] das dritte Treffen, namentlich die Triarier.

16. *primipili*] Der Centurio des ersten Vexillums oder Pilus der Triarier hiefs *primipīlus.* Er war der erste Centurio der Legion.

17. *Latinus*] wohl ein römischer Bürger, welcher in einer Legion als Centurio in gleicher Weise avanciert war, wie der genannte Römer in einer andern.

destinato hoste. isque iuvenis in acie oblatus ex centurione Latino victoriam tulit.

19 Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.

9 Romani consules, priusquam educerent in aciem, immolaverunt. Decio caput iocineris a familiari parte caesum haruspex dicitur ostendisse; alioqui acceptam dis hostiam esse; Manlium egregie litasse. 'Atqui bene habet' inquit Decius, 'si
2 ab collega litatum est'. instructis, sicut ante dictum est, ordinibus processere in aciem. Manlius dextro, Decius laevo cornu praeerat.

3 Primo utrimque aequis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res; deinde ab laevo cornu hastati Romani, non
4 ferentes impressionem Latinorum, se ad principes recepere. in hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna voce inclamat. 'Deorum' inquit 'ope, M. Valeri, opus est; age dum, pontifex publicus populi Romani praei verba, quibus me pro legionibus devoveam'.

5 Pontifex eum togam praetextam sumere iussit et velato

18. *destinato*] ihm bestimmt.

oblatus] sc. *illi,* 'auf jenen stiefs'.

19. *haud procul*] also immerhin in einiger Entfernung vom Vesuv, nördlich von demselben.

Veserim] Nom. *Veseris,* ein Flüfschen (nach Anonym. de vir. illustr. 26, 4 und 28, 4), vielleicht auch eine Ortschaft.

9. 1. *educerent*] Livius gebraucht *ducere* oft (ohne das Objekt *exercitum*) intransitiv im Sinne von *proficisci.* So sagt er denn auch statt *exire in aciem* oder *descendere in aciem* (Kap. 8, 1), zuweilen *educere in aciem* (**1**, 23, 6; **7**, 13, 9).

immolaverunt] Jeder liefs ein Opfertier schlachten und die *exta* desselben (vgl. Kap. 6, 11) durch seinen *haruspex* (vgl. Kap. 6, 12) prüfen.

iocinĕris] = *iecŏris,* Nom. *iecur,* Leber. Als 'Haupt der Leber' bezeichnete die Opfersprache eine Protuberanz oder Beule an dem oberen Teile des rechten Leberlappens.

caesum] Das *caput iocineris* war auf der rechten, den Römern günstigen Seite (Gegensatz: *pars inimica* Cic. de div. 2, 28) verkümmert, so dafs es zum Teil weggeschnitten schien.

dis] statt *a dis,* wie Kap. 6, 3.

esse] Der Acc. c. Inf. steht in Abhängigkeit von *dicitur,* welches nur in dem Satze, in welchem es selbst steht, mit dem Nom. c. Inf. verbunden wird.

bene habet] Vgl. Kap. 6, 4.

2. *ante*] nämlich Kap. 8, 5—8.

cornu] So heifsen hier die rechte und die linke Hälfte der Schlachtordnung; denn ein Centrum, eine *media acies,* ist nicht vorhanden.

4. *M. Valerium*] Vgl. Kap. 3, 5.

pontifex publicus] Nom. als Apposition zu dem in *praei* enthaltenen *tu.* Wahrscheinlich pflegte ein Mitglied des Priesterkollegiums das Heer zu begleiten, um bei wichtigeren Opfern, bei Devotionen und Gelübden die heiligen Gebräuche anzugeben oder zu vollziehen.

praei] Dieses Verbum findet sich bei Livius zuerst transitiv gebraucht in der Bedeutung 'vorsagen, vorsprechen', mit den Accusativen *verba* (**9**, 46, 6; **10**, 28, 14) und *carmen* (**31**, 17, 9).

5. *praetextam*] das Amtskleid der Konsuln.

velato capite] Es war im Altertum Sitte, das Haupt zu verhüllen, wenn man in den Tod ging (**4**, 12, 11).

capite, manu subter togam ad mentum exserta, super telum
subiectum pedibus stantem sic dicere: 'Iane, Iuppiter, Mars 6
pater, Quirine, Bellona, Lares, divi Novensiles, di Indigetes,
divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, dique manes,
vos precor, veneror, veniam peto oroque, uti populo Romano 7
Quiritium vim victoriamque prosperetis hostesque populi Ro-
mani Quiritium terrore, formidine morteque adficiatis. sicut 8
verbis nuncupavi, ita pro re publica, exercitu, legionibus, auxiliis
populi Romani Quiritium legiones auxiliaque hostium mecum
deis manibus Tellurique devoveo'.

Haec ita precatus lictores ire ad T. Manlium iubet mature- 9
que collegae se devotum pro exercitu nuntiare. ipse, incinctus
cinctu Gabino, armatus in equum insilivit ac se in medios
hostes immisit, conspectus ab utraque acie. aliquanto augustior 10
humano visus, sicut caelo missus piaculum omnis deorum irae,

6. *Iane*] Er wurde ursprünglich als Schöpfer aller Dinge verehrt und in Gebeten zuerst angerufen. Den Griechen war diese Gottheit unbekannt; sie begannen mit Zeus.

Iuppiter] Nach Janus folgen die drei Götter, welche die drei patrizischen Eigenpriester, die drei *flamines maiores*, haben (vgl. **1**, 20, 2).

Mars pater] Er ist der Vater des unter die Götter versetzten Romulus (d. h. Quirinus), der Stammvater und der besondere Schutzgott des römischen Volkes.

Lares] die Lares praestites, die Schutzherrn der Stadt Rom.

divi Novensĭles] fremde Götter, welche von andern Völkern angenommen worden waren. Der Gegensatz ist *di Indigĕtes*, die eingeborenen Götter, die vergötterten Ahnherrn des Volkes.

nostrorum] Dies scheint hier altertümlich zu stehen statt des Personalpronomens *nostrum*, wie sich einmal bei Plautus findet *maxima pars vestrorum* statt *maxima pars vestrum* (Most. 1, 3, 123. Gell. 20, 6, 12).

7. *Quiritium*] Vgl. Kap. 6, 13.

prosperetis] segnet, gedeihen lasset. Das Wort findet sich bei Livius nur hier.

8. *nuncupavi*] hersagen, aussprechen, namentlich von Gebeten (Kap. 11, 1).

legionibus, auxiliis] genauere Bestimmung des Begriffes *exercitus*. Unter den *auxilia* ist das Heer der Samniten zu verstehen (vgl. Kap. 6, 8).

Telluri] als unterirdische Gottheit; Kap. 6, 10 *matri Terrae*.

9. *lictores*] Er verabschiedet seine 12 konsularischen Amtsdiener.

cinctu Gabino] 'in gabinischer Tracht', indem die Tunica aufgeschürzt und die Toga oder der Kriegsmantel (*sagum*) zusammengefafst wurde (vgl. **5**, 46, 2; **10**, 7, 3).

insilivit] altertümliche Form statt *insiluit*.

se...immisit] Durch die Weihe wurde Decius ein Eigentum der Götter, an welchem sich zu vergreifen eine Verschuldung war. Er stürzte sich also in die Feinde, damit sie ihn verletzen und eine Schuld auf sich laden würden.

10. *humano*] dichterisch statt *homine*. Vgl. Lucr. 3, 80 *vitae percipit humanos odium;* Ov. Fast. 2, 503 *humano maior;* Justin 42, 3, 2.

visus] sc. *est*.

caelo] statt *de caelo* oder *e caelo;* ebenso **1**, 31, 2 und **22**, 1, 9 bei *cadere,* **1**, 16, 6 bei *delapsus*.

piaculum] als Sühnungsmittel, Sühnopfer. Er hatte sich als stellvertretendes Opfer für sein Heer geweiht, um den göttlichen Zorn auf sich zu nehmen und zu sühnen. Die Worte deuten an, dafs die Todesweihe mit der alten Sitte der Menschenopfer zusammenhängt, wie sie auch später noch in bedrängten

11 qui pestem ab suis aversam in hostes ferret; ita omnis terror
pavorque cum illo latus signa prima Latinorum turbavit, deinde
12 in totam penitus aciem pervasit. evidentissimum id fuit, quod,
quacumque equo invectus est, ibi haud secus quam pestifero
sidere icti pavebant; ubi vero corruit obrutus telis, inde iam
haud dubie consternatae cohortes Latinorum fugam ac vasti-
13 tatem late fecerunt. simul et Romani exsolutis religione animis,
velut tum primum signo dato coorti, pugnam integram edi-
14 derunt. nam et rorarii procurrebant inter antepilanos, addide-
rantque vires hastatis ac principibus, et triarii genu dextro
innixi nutum consulis ad consurgendum exspectabant.

10 Procedente deinde certamine cum aliis partibus multitudo
superaret Latinorum, Manlius consul audito eventu collegae,
cum, ut ius fasque erat, lacrimis non minus quam laudibus
2 debitis prosecutus tam memorabilem mortem esset, paulisper
addubitavit, an consurgendi iam triariis tempus esset; deinde
melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, ac-
3 censos ab novissima acie ante signa procedere iubet. qui ubi

Zeiten in Rom dargebracht wurden (vgl. **22**, 57, 6).

11. *signa prima*] = *primam aciem*, die vordersten Glieder, die Hastaten.

12. *pestifero sidere icti*] 'von einem Unglücksstern erreicht', eigentlich wohl: durch die glühende Sonnenhitze verschmachtend.

ubi] Dieses mufs nach dem Zusammenhang örtlich verstanden werden: wo ... von da.

cohortes] Livius hat diesen (auch **3**, 5, 11 und **6**, 24, 2 vorkommenden) Ausdruck in seiner Darstellung des römischen Heerwesens (Kap. 8, 3 fg.) nicht gebraucht. Wenn er damals schon üblich war, so hatte die Legion 15 Kohorten (später 10), indem jede aus einem Manipel der Hastaten, einem der Principes und einem des dritten Treffens bestand.

fugam ... fecerunt] 'richteten eine Flucht und Verwüstung an', unter den Latinern, indem sie teils selbst vor den dem Decius nachdrängenden Römern flohen, teils andere Glieder zur Flucht drängten und verwirrten.

13. *Romani*] auf dem linken Flügel, wo das erste Treffen zurückgewichen war (§ 3).

religione] 'religiöse Furcht', Angst vor dem Zorn der Götter.

14. *procurrebant*] Imperf. von der wiederholten Handlung: sie liefen mehrmals und in mehreren Abteilungen durch die Intervalle des Vordertreffens gegen den Feind.

addiderant] Plusqpf., weil sie schon durch ihr erstes Erscheinen dem Vordertreffen frische Kräfte verliehen hatten.

triarii] die Triarier des ganzen Heeres, da sie noch auf keinem Punkte in den Kampf eingriffen.

2. *pervĕlim*] seltenes Kompositum. **39**, 43, 3 *pervelle id videre.* Cic. p. Sulla 23 *scire ex te pervelim.*

auctores sunt] = *tradunt, narrant;* Kap. 6, 3.

3. *fidem abrogare,* die Glaubwürdigkeit, Zuverlässigkeit absprechen.

abrogaverim] Conj. Perf. (statt Fut. ex.) nach dem Gerundiv (d. h. Futur): werde ich erzählen, damit ich nicht abgesprochen habe (d. h.

Cum primores civitatis similibus morbis eodemque ferme 4
omnes eventu morerentur, ancilla quaedam ad Q. Fabium
Maximum aedilem curulem indicaturam se causam publicae
pestis professa est, si ab eo fides sibi data esset haud futurum
noxiae indicium. Fabius confestim rem ad consules, consules 5
ad senatum referunt, consensuque ordinis fides indici data.
tum patefactum muliebri fraude civitatem premi matronasque 6
ea venena coquere et, si sequi extemplo velint, manifesto de-
prehendi posse. secuti indicem et coquentes quasdam medi- 7
camenta et recondita alia invenerunt. quibus in forum delatis 8
et ad viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per via-
torem accitis, duae ex eis, Cornelia ac Sergia, patriciae utra-
que gentis, cum ea medicamenta salubria esse contenderent,
ab confutante indice bibere iussae, ut se falsum commentam
arguerent. spatio ad colloquendum sumpto, cum submoto po- 9
pulo in conspectu omnium rem ad ceteras rettulissent, haud
abnuentibus et illis bibere, epoto medicamento suamet ipsae
fraude omnes interierunt. comprehensae extemplo earum comites 10
magnum numerum matronarum indicaverunt; ex quibus ad
centum septuaginta damnatae. neque de veneficiis ante eam 11
diem Romae quaesitum est. prodigii ea res loco habita captis-
que magis mentibus quam consceleratis similis visa. itaque 12
memoria ex annalibus repetita, in secessionibus quondam ple-

haben werde). Vgl. Tac. Ann. 6, 22 *praedictum Neronis imperium in tempore memorabitur, ne nunc incepto longius abierim.*

4. *Q. Fabium*] sc. *Rullianum.* Er war 325 v. Chr. Reiteroberst, fünfmal Konsul (322, 310, 308, 297, 295), zweimal Diktator (315, 301), auch 304 Censor.

fides] das Versprechen, die Zusicherung.

futurum] sc. *sibi* (der Angeberin) *esse.*

noxiae] Schaden, Nachteil (vgl. **10**, 19, 2 *noxiae fore*); dagegen *noxa* 'Schuld, Züchtigung' (Kap. 20, 10; 28, 8).

6. *ea*] aus dem Zusammenhang zu erklären, *quae causa publicae pestis essent,* § 4.

velint] wohl Fabius und die Konsuln. Das Tempus ist aus der direkten Rede ('vultis') beibehalten.

8. *ad*] Adverb, = *fere;* ebenso § 10.

viatorem] einen Amtsboten der Konsuln.

9. *omnes*] harter Wechsel des Subjektes gegenüber *rettulissent.*

10. *damnatae*] Es ist unwahrscheinlich, dafs einer so grofsen Zahl Frauen das schreckliche Verbrechen nachgewiesen war, ihre Männer vergiftet zu haben; man verurteilte sie wohl blofs wegen Zubereitung von Zaubertränken. Immerhin war jedenfalls Grund genug dazu vorhanden, dafs man ein Gesetz über Giftmischerei erliefs (nach der Per. Liv. VIII).

11. *loco*] mit Gen., 'wie, gleich'.

captis mentibus] einer Verwirrung der Gemüter. — Thatsache war das unerklärliche Hinsterben vieler vornehmer Männer. Dazu kam die Wahrscheinlichkeit, dafs sie von den Frauen vergiftet worden waren. Man konnte sich aber keinen Grund denken, welcher die Frauen zu diesem Verbrechen getrieben habe. Man meinte also, sie seien von Wahnsinn befallen, und man legte dieser seltsamen Erscheinung eine böse Vorbedeutung bei.

bis clavum ab dictatore fixum alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fuisse, dictatorem clavi figendi
13 causa creari placuit. creatus Cn. Quinctilius magistrum equitum L. Valerium dixit, qui fixo clavo magistratu se abdicaverunt.

19 Creati consules L. Papirius Crassus iterum, L. Plautius Venox. cuius principio anni legati ex Volscis Fabraterni et
2 Lucani Romam venerunt orantes, ut in fidem reciperentur: si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Ro-
3 mani fideliter atque oboedienter futuros. missi tum ab senatu legati denuntiatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent; valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum.

4 Eodem anno Privernas bellum initum, cuius socii Fundani, dux etiam fuit Fundanus Vitruvius Vaccus, vir non domi solum, sed etiam Romae clarus. aedes fuere in Palatio eius, quae Vacci prata diruto aedificio publicatoque solo appellata.

5 Adversus hunc vastantem effuse Setinum Norbanumque et Coranum agrum L. Papirius profectus haud procul castris eius
6 consedit. Vitruvio nec ut vallo se teneret adversus validiorem hostem sana constare mens, nec ut longius a castris dimicaret

12. *clavum . . . fixum*] Schon zweimal (435 u. 363 v. Chr.) hatte man bei Seuchen zu dem Mittel gegriffen, dafs man durch einen Diktator am 13. Septbr. in eine Wand des kapitolinischen Tempels einen eisernen Nagel einschlagen liefs (vgl. **7**, 3, 3 fg.). Bei den Secessionen der Plebs in den Jahren 494 und 449 werden keine Diktatoren erwähnt. Dagegen hatte Camillus während seiner fünften Diktatur im Jahre 367 nach der Wahl des ersten plebejischen Konsuls grofse Mühe, eine Secession der Plebs zu verhindern (**6**,42,11). Wahrscheinlich hatte er also auch dieses Sühnungsmittel (*piaculum*) zur Wiederherstellung der Eintracht angewendet.

Kap. **19—21.** Die Jahre 424 und 425 der Stadt: Empörung der Städte Privernum und Fundi; Niederwerfung des Aufstandes.

19. 1. *L. Papirius*] Vgl. Kap. 12,2.

L. Plautius] Prätor 322 v. Chr. (Kap. 40, 2), Konsul 318 (**9**, 20, 1).

Fabraterni] aus Fabrateria, j. Falvatera, nicht weit südlich von der Mündung des Trerus in den Liris.

Lucani] nach dem Zusammenhang aus einer sonst unbekannten Volskerstadt Luca. Der sabellische Volksstamm der Lucaner in Unteritalien kann nach Kap. 17, 9 und 25, 3 nicht wohl gemeint sein.

in fidem] Sie verlangen ein Schutzbündnis und wollen dagegen Roms Oberhoheit (*imperium*) anerkennen.

2. *futuros*] mit Adverbien, im Sinne von 'bleiben, leben'.

4. *Privernum bellum*] Die Volskerstadt Privernum hatte nach ihrem Abfall im J. 341 zwei Drittel ihres Landes an römische Kolonisten abtreten müssen (Kap. 1, 3; 11, 13). Warum die Stadt nach einer Ruhe von zehn Jahren sich wieder erhebt, ist nicht ersichtlich.

cuius] auf *bellum* bezogen, indem der Sinn der vorausgehenden Worte ist: *Privernates bellum inierunt.*

5. *vastantem*] indem er von Privernum der Strafse entlang nordwärts zog.

6. *sana mens*] gesunder Verstand, weise Erkenntnis.

animus suppetere. vix tota extra portam castrorum explicata 7
acie, fugam magis retro quam proelium aut hostem spectante
milite, sine consilio, sine audacia depugnat. ut et levi momento 8
nec ambigue est victus, ita brevitate ipsa loci facilique receptu
in tam propinqua castra haud aegre militem a multa caede
est tutatus; nec fere quisquam in ipso certamine, pauci in 9
turba fugae extremae, cum in castra ruerent, caesi; primisque
tenebris Privernum inde petitum agmine trepido, ut muris
potius quam vallo sese tutarentur. a Priverno Plautius alter
consul pervastatis passim agris praedaque abacta in agrum
Fundanum exercitum inducit.

Ingredienti fines senatus Fundanorum occurrit; negant se 10
pro Vitruvio sectamque eius secutis precatum venisse, sed pro
Fundano populo, quem extra culpam belli esse ipsum Vitru-
vium iudicasse, cum receptaculum fugae Privernum habuerit,
non patriam Fundos. Priverni igitur hostes populi Romani 11
quaerendos persequendosque esse, qui simul a Fundanis ac
Romanis, utriusque patriae immemores, defecerint; Fundanis
pacem esse et animos Romanos et gratam memoriam acceptae
civitatis. orare se consulem, ut bellum ab innoxio populo abs- 12
tineat; agros, urbem, corpora ipsorum coniugumque ac libe-
rorum suorum in potestate populi Romani esse futuraque. col- 13
laudatis Fundanis consul litterisque Romam missis, in officio
Fundanos esse, ad Privernum flexit iter.

Prius animadversum in eos, qui capita coniurationis fuerant, 14
a consule scribit Claudius; ad trecentos quinquaginta ex con-

constare] Inf. hist., 'feststehen, vorhanden sein'.

7. *retro*] zu verbinden mit *fugam*.

sine consilio] = *sine sana mente*, nach § 6. Ebenso entspricht *sine audacia* dem zweiten Teil von § 6.

8. *levi momento*] mit geringer Mühe (**21**, 43, 11).

9. *fugae extremae*] der letzten auf der Flucht, des Nachtrabes der Fliehenden. Auch **23**, 25, 7 bezeichnet *fuga* die Geflohenen.

Plautius] Er war wohl zugleich mit Papirius von Rom aufgebrochen, aber direkt vor Privernum gezogen, dessen Belagerung er nun seinem Kollegen überliefs.

10. *ingredienti*] sc. *ei*. An der Spitze des Satzes fallen die Formen des Pronomens *is* neben einem Particip in der Regel aus (vgl. **21**, 50, 7).

sectam] Anhang, Partei (**29**, 27, 2).

patriam] pleonastisch zugesetzt, weil es den Grund enthält, weswegen von Vitruvius zu erwarten war, dafs er nach Fundi fliehen würde.

11. *utriusque patriae*] Durch Verleihung des römischen Bürgerrechtes (Kap. 14, 10) hatten die Fundaner in Rom eine zweite Vaterstadt erhalten, wie gerade Vitruvius in Rom ein Haus erworben hatte.

12. *corpora*] Leben, Personen.

13. *flexit iter*] bei Livius üblicher (**22**, 18, 7; **23**, 2, 1; **25**, 22, 14) als *vertit iter*.

capita coniurationis] ein Ausdruck des Claudius, statt *auctores defectionis*.

Claudius] Q. Claudius Quadrigarius schrieb um 80 v. Chr. eine römische Geschichte vom Einfall der Gallier bis auf seine Zeit (Annalen, in mindestens 23 Büchern).

iuratis vinctos Romam missos eamque deditionem ab senatu non acceptam, quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum censuerint.

20 Privernum duobus consularibus exercitibus cum obsideretur, alter consul comitiorum causa Romam revocatus.
2 carceres eo anno in circo primum statuti. nondum perfunctos cura Privernatis belli tumultus Gallici fama atrox invasit haud ferme umquam neglecta patribus.

3 Extemplo igitur consules novi L. Aemilius Mamercinus et C. Plautius eo ipso die, Kalendis Quinctilibus, quo magistratum inierunt, comparare inter se provincias iussi et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribere exercitum
4 sine ulla vacationis venia. quin opificum quoque vulgus et sellularii, minime militiae idoneum genus, exciti dicuntur; Veiosque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis
5 iretur. longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens, non placuit. paucos deinde post dies satis explorata temporis eius quiete a Gallis Privernum omnis conversa vis.

6 Duplex inde fama est; alii vi captam urbem Vitruvium-

Livius nennt ihn zehnmal u. schenkt ihm wenig Glauben.

14. *eam deditionem*] = *eorum hominum deditionem.*

20. 2. *statuti*] Zum erstenmal wurden in der Rennbahn bleibende Schranken für die zur Abfahrt bereiten Rennwagen aufgerichtet, während man bisher für jede Feier eine Einrichtung getroffen hatte.

haud ferme] = *non facile.*

patribus] Dativ, wie Kap. 6, 3 *mihi.*

3. *L. Aemilius*] Vgl. Kap. 1, 1.

Kalendis Quinctilibus] = *Kalendis Iuliis.* Seit dem Jahre 363 der Stadt (391 v. Chr.) begann das Amtsjahr mit dem 1. Juli (**5**, 32, 1). Doch waren für einzelne Jahre Ausnahmen von diesem Datum des Amtsantrittes gemacht worden (vgl. Kap. 3, 4 u. 17, 5). Seit 153 v. Chr. begann das Amtsjahr am 1. Januar.

comparare inter se] Vgl. Kap. 6, 13.

sine . . . venia] ohne alle Nachsicht gegen Dienstbefreiung, d. h. ohne irgend eine Entschuldigung wegen Befreiung vom Kriegsdienst gelten zu lassen (vgl. Kap. 17, 6).

4. *quin*] steigernd, 'ja, ja sogar' (**1**, 53, 1; **24**, 10, 11).

opificum vulgus et sellularii] der Arbeiterstand und die Handwerker (mit sitzender Lebensweise). — Sonst wurden nur die Grundbesitzer in die Klassen und den Kriegsdienst aufgenommen. Nur wenn der Senat erklärt hatte, dafs ein Tumult sei, hob man auch die Gewerbsleute aus, *in militiam tumultuariam, armaque iis sumptu publico praebebantur* (Gell. 16, 10, 13).

idoneum] unklassisch mit Dativ; gewöhnlich mit *ad.*

contractus] sc. *est.*

5. *discedi*] sc. *ab urbe.*

falleret] = *lateret,* mit dem Particip *incedens* (statt *si . . . incederet*). Diese dem Griechischen (vgl. λανθάνω προσιών) nachgemachte Konstruktion findet sich nicht vor Livius, welcher sonst zu *fallo* in dieser Verbindung den Acc. einer Person setzt (z. B. **2**, 19, 7 *nec fefellit veniens Tusculanum ducem;* **3**, 8, 6; **38**, 7, 6).

quiete] verbunden mit *temporis eius* und mit *a Gallis*, Ruhe bei den Galliern während dieser Zeit.

Privernum] Die Fortsetzung des Krieges gegen Privernum hatte nach Livius der andere Konsul C. Plautius übernommen (§ 7).

que vivum in potestatem venisse, alii, priusquam ultima ad-
hiberetur vis, ipsos se in dicionem consulis caduceum prae-
ferentes permisisse auctores sunt, Vitruviumque ab suis
traditum. senatus de Vitruvio Privernatibusque consultus con- 7
sulem Plautium dirutis Priverni muris praesidioque valido im-
posito ad triumphum accersit; Vitruvium in carcere adservari
iussit, quoad consul redisset, tum verberatum necari. aedes 8
eius, quae essent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sango
censuerunt consecranda; quodque aeris ex eis redactum est, ex
eo aënei orbes facti positi in sacello Sangus adversus aedem
Quirini. de senatu Privernate ita decretum, ut, qui senator Pri- 9
verni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim
lege eadem, qua Veliterni, habitaret.

His ita decretis usque ad triumphum Plautii silentium de 10
Privernatibus fuit; post triumphum consul necato Vitruvio so-
ciisque eius noxae apud satiatos iam suppliciis nocentium tutam
mentionem de Privernatibus ratus 'Quoniam auctores defectionis' 11
inquit 'meritas poenas et ab dis immortalibus et a vobis habent,
patres conscripti, quid placet de innoxia multitudine fieri?
equidem, etsi meae partes exquirendae magis sententiae quam 12
dandae sunt, tamen, cum videam Privernates vicinos Samni-
tibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est, quam mini-
mum irarum inter nos illosque relinqui velim'.

Cum ipsa per sese res anceps esset, prout cuiusque in- **21**

6. *in potestatem*] sc. *Romanorum* (vgl. Kap. 25, 4), er sei gefangen genommen worden.

caduceum] einen Heroldstab, aus Olivenholz mit weifser Binde, ein Zeichen friedlicher Botschaft.

praeferentes] voraustragend (vgl. **37,** 46, 3), = *prae se ferentes.*

7. *accersit*] In seltener Weise wird dem plebejischen Konsul ein Triumph angeboten, ehe er noch den Senat darum ersucht hat.

verberatum necari] Vgl. Kap. 7, 19.

8. *Sango*] *Semo Sangus* (gewöhnlich *Sancus,* auch *Sanctus* genannt) war ein namentlich von den Sabinern und Umbrern verehrter Genius der Treue, welcher mit dem latinischen *Dius Fidius* identifiziert wurde. Unter Titus Tatius und Numa verbreitete sich seine Verehrung nach Rom, wo ihm schon in der Königszeit auf dem nordwestlichen Teile des Quirinals (bei der Porta Sanqualis oder Piazza di Monte Cavallo) ein Tempel gebaut wurde.

Sangus] Diese Form des Genetivs findet sich auch **32,** 1, 10 und bei dem Grammatiker Festus (p. 241).

adversus] örtlich, 'gegenüber'.

9. *trans Tiberim . . . habitaret*] Vgl. Kap. 14, 6.

10. *triumphum*] Beide Konsuln triumphierten am 1. März; L. Aemilius erhielt den Beinamen *Privernas* (nach den Triumphalfasten).

noxae] Vgl. Kap. 18, 4.

apud satiatos iam] sc. *senatores,* da man jetzt befriedigt, versöhnt sei.

11. *meae partes . . . sunt*] c. Gen. Gerundivi, 'meine Aufgabe besteht darin, mein Amt gebietet mir'.

21. 1. *cum . . . tum*] sowohl . . . als auch, mit Konj. im ersten Teil, wie zuweilen bei Cicero.

anceps] schwierig, zweifelhaft, so dafs man sich schwer auf einen Entschlufs einigen konnte, erklärt durch *prout . . . suadentibus.*

genium erat, atrocius mitiusve suadentibus, tum incertiora omnia
unus ex Privernatibus legatis fecit, magis condicionis, in qua
2 natus esset, quam praesentis necessitatis memor, qui inter-
rogatus a quodam tristioris sententiae auctore, quam poenam
meritos Privernates censeret, 'Eam' inquit, 'quam merentur,
3 qui se libertate dignos censent'. cuius cum feroci responso
infestiores factos videret consul eos, qui ante Privernatium
causam impugnabant, ut ipse benigna interrogatione mitius
4 responsum eliceret, 'Quid? si poenam' inquit 'remittimus
vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus?' 'Si
bonam dederitis' inquit, 'et fidam et perpetuam; si malam,
haud diuturnam'.

5 Tum vero minari, nec id ambigue, Privernatem quidam,
6 et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos; pars
mitior senatus ad meliora responsum trahere et dicere viri et
liberi vocem auditam; an credi posse ullum populum aut homi-
nem denique in ea condicione, cuius eum paeniteat, diutius,
7 quam necesse sit, mansurum? ibi pacem esse fidam, ubi vo-
luntarii pacati sint; neque eo loco, ubi servitutem esse velint,
fidem sperandam esse.

8 In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos,
identidem ad principes sententiarum consulares, uti exaudiri
9 posset a pluribus, dicendo eos demum, qui nihil praeterquam
10 de libertate cogitent, dignos esse, qui Romani fiant. itaque

suadentibus] sc. *senatoribus,* Abl. absol. in einem Wort.

legatis] Die Konsuln hatten wohl eine Abordnung der Privernaten nach Rom mitgebracht und dem Senate vorgeführt, welche den Senat milde stimmen und den Senatoren auf ihre Fragen Auskunft geben sollte.

necessitatis] Not, Unglück.

3. *infestiores*] noch aufgebrachter; ebenso *ante* schon vorher.

4. *perpetuam*] sc. *habebitis.*

5. *quidam*] Es fehlt ein Verbum dicendi, etwa *dixerunt,* wie zuweilen bei Einführung einer direkten Rede (Kap. 4, 1). Leichter erträglich wäre diese Auslassung bei der Wortstellung *tum vero quidam: minari* etc.

6. *ad meliora . . . trahere*] 'gab . . . eine bessere Deutung'. Vgl. **5**, 23, 6 *in religionem trahebant.*

viri] prägnant: ein ganzer Mann, ein Mann voll Mut und Charakter.

liberi] hier substantiviert: eines Freien, eines freien Bürgers.

denique knüpft das Äufserste, Letzte an; es steht daher selten schon beim zweiten Glied der Aufzählung (**4**, 56, 11; **5**, 6, 12; **23**, 13, 1).

paeniteat, sit] aus der direkten Rede beibehalten statt *paeniteret, esset.* Vgl. Kap. 18, 6.

7. *ibi*] 'nur da', = *ibi demum.*

sint] Subjekt: *homines,* 'man'.

8. *consulares*] Die Männer welche das Konsulat bekleidet hatten, wurden im Senate zuerst um ihre Meinungen gefragt und stellten die verschiedenen Anträge, denen sich dann die übrigen Senatoren anzuschliefsen pflegten. Sie waren also die *principes sententiarum,* die Tonangeber.

9. *dicendo*] im Privatgespräch.

Romani fiant] durch Verleihung des Bürgerrechtes (vgl. Kap. 17, 12).

et in senatu causam obtinuere, et ex auctoritate patrum latum ad populum est, ut Privernatibus civitas daretur.

Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt; bina 11
iugera agri acceperunt.

Secutus est annus nulla re belli domive insignis, P. Plau- 22
tio Proculo, P. Cornelio Scapula consulibus, praeterquam quod
Fregellas — Hernicorum is ager, deinde Volscorum fuerat — 2
colonia deducta et populo visceratio data a M. Flavio in funere
matris. erant, qui per speciem honorandae parentis meritam 3
mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum die dicta ab aedilibus crimine stupratae matris familiae absolvisset.
data visceratio in praeteriti iudicii gratiam honoris etiam ei 4
causa fuit; tribunatumque plebei proximis comitiis petentibus absens praefertur.

Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita 5

10. *civitas*] ohne Zweifel das volle Bürgerrecht, welches bewirkte, dafs sich die Stadt für alle Zeiten ruhig hielt und von Livius nicht weiter erwähnt wird.

Kap. **22,** 1—7. Das Jahr 426 der Stadt: Anlegung einer Kolonie zu Fregellä; Marcus Flavius; Feindseligkeit der Paläpolitaner gegen die Römer in Campanien.

1. *P. Cornelio*] sc. *Scipione Barbato,* Diktator 306 v. Chr.

2. *is ager*] Die Samniten hatten die volskische Stadt Fregellä erobert und zerstört. Die Römer aber nahmen das Gebiet der zerstörten Stadt in Besitz und legten in der Nähe derselben am Liris eine latinische Kolonie und eine Festung (*arcem* **9,** 28, 3) an, welche sie ebenfalls Fregellae nannten, und erbitterten dadurch die Samniten (Kap. 23, 6).

visceratio] eine öffentliche Fleischausteilung (**39,** 46, 2).

3. *interpretarentur*] 'erklärten, meinten', mit Acc. c. Inf. (wie **3,** 36, 4).

die dicta] da er angeklagt, ihm ein Tag bestimmt worden war, an welchem er sich vor dem Volke zu verantworten hätte.

ab aedilibus] Diese wachten über die öffentliche Ordnung und konnten für Verletzung derselben vor den Tributkomitien Strafen beantragen (so für Wucher **7,** 28, 9; für Unzucht **10,** 31, 9).

stupratae] statt des von Livius nicht gebrauchten *adulteratae,* zum Ehebruch verführt.

absolvisset] Den Hergang erzählt Valerius Maximus (**8,** 1, 7). Von den 29 Tribus (zu Kap. 17, 11) hatten bereits 14 den Flavius verurteilt. Da beteuerte er seine Unschuld. Der Ädil C. Valerius aber rief, *nihil sua interesse, nocensne an innoxius periret, dummodo periret.* Durch diese Worte des Ädils erzürnt, sprachen die noch übrigen Tribus den Flavius frei.

4. *in gratiam*] 'zum Danke für', gewöhnlich 'aus Dank, aus Gefallen gegen', mit Gen. einer Person (**28,** 21, 4 u. 39, 12; **35,** 2, 6; **39,** 26, 12; **40,** 17, 2; **42,** 43, 2).

absens] Die Volkstribunen traten am 10. Dez. ins Amt, also Flavius am 10. Dez. 426 oder 427 der Stadt, indem er zur Zeit der Wahl mit einem der Konsuln im Felde stand (§ 9)

5. *Palaepolis*] Der Name ('Altstadt'), welcher sich bei keinem andern Schriftsteller findet, kann erst nach der Gründung von Neapolis ('Neustadt') aufgekommen sein, verdrängte dann aber den ursprünglichen Namen des Ortes (Parthenŏpe). Nachdem dann Neapel aufgeblüht war, geriet der nun unbedeutende Ort und sein Name in Vergessenheit.

nunc . . . est] ungenau, da Neapel

est; duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant
6 oriundi; Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. classe,
qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quod
accolunt, potuere, primo in insulas Aenariam et Pithecusas
7 egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre. haec
civitas cum suis viribus, tum Samnitium infidae adversus Ro-
manos societati freta, sive pestilentiae, quae Romanam urbem
adorta nuntiabatur, fidens multa hostilia adversus Romanos
agrum Campanum Falernumque incolentes fecit.
8 Igitur L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum
consulibus, fetialibus Palaepolim ad res repetendas missis, cum
relatum esset a Graecis, gente lingua magis strenua quam
factis, ferox responsum, ex auctoritate patrum populus Palae-
9 politanis bellum fieri iussit. inter consules provinciis com-
paratis bello Graeci persequendi Publilio evenerunt; Cornelius
altero exercitu Samnitibus, si qua se moverent, oppositus.
10 fama autem erat defectioni Campanorum imminentes *ad Capuam*
admoturos castra. ibi optimum visum Cornelio stativa habere.

im J. 328 v. Chr. auch schon bestand.

duabus urbibus] ohne *in*, wie Kap. 15, 8 *Scelerato campo*, **4**, 3, 2 *una urbe*.

populus idem] Die beiden Orte Palaepolis und Neapolis bildeten also ein politisches Gemeinwesen.

Cumis] Vgl. Kap. 14, 11. In den späteren Büchern verbindet Livius *oriundus* mit *a* (*a Zacyntho* **21**, 7, 2; *a Phocaea* **26**, 19, 11 u. **34**, 9, 1).

Chalcide Euboica] von Chalcis, der Hauptstadt der Insel Euboea. Aufserdem gab es zwei Städte des Namens Chalcis in Syrien, je eine in Aetolien und Epirus.

originem trahunt] ungenaue Angabe. Cumae wurde gegründet um dieselbe Zeit, wie Rom, von Ansiedlern aus Cyme in Kleinasien, erhielt aber später eine Verstärkung aus Chalcis.

6. *potuere*] Subjekt: *Cumani*, d. h. die griechischen Ankömmlinge, von welchen nachher Cumae gegründet wurde. Sie liefsen sich zuerst auf den *insulae Pithecusae* nieder, auf Ischia (*Aenaria*), Procida (*Prochyta*) und Vivara, und legten dann erst auf einem Felsen des nahen Festlandes Cumae an.

Pithecusas] das Ganze durch *et* verbunden mit dem wichtigsten Teil (*Aenariam*). Vgl. z. B. **30**, 12, 22 *misso Syphace et captivis;* **38**, 31, 2 *T. Quinctius et Romani.*

7. *haec civitas*] Palaepolis.

freta] nur bei Liv. zuweilen mit Dat.

Romanos . . . incolentes] die Bewohner des Gebietes von Acerrae, Suessula, Capua, welche nun das römische Bürgerrecht hatten, und die römischen Ansiedler im Falernergebiete (Kap. 11, 13).

Kap. **22**, 8—**25**, 1. Das Jahr 427 der Stadt: Krieg mit Palaepolis; Bruch mit den Samniten; Untergang Alexanders von Epirus; Lektisternium.

8. *L. Cornelio*] im J. 320 Diktator (**9**, 15, 9).

Q. Publilio] Vgl. Kap. 12, 4.

fetialibus] Die Priesterschaft der 20 Fetialen hatte die Aufgabe, bei einer Verletzung des römischen Gebietes die Zurückgabe der geraubten Sachen oder Genugthuung zu fordern (*res repetere*), die Kriege anzukündigen und beim Abschlufs von Bündnissen die religiösen Ceremonien zu vollziehen (vgl. **1**, 32, 5 fg.).

9. *comparatis*] Vgl. Kap. 6, 13.

10. *imminentes*] 'auf ... lauernd'. In diesem Sinne wird *immineo* mit dem Dativ (**3**, 51, 9; **4**, 25, 9; **6**, 9, 1;

Ab utroque consule exiguam spem pacis cum Samnitibus 23
esse certior fit senatus. Publilius duo milia Nolanorum militum et quattuor Samnitium magis Nolanis cogentibus quam
voluntate Graecorum recepta Palaepoli scripserat, Cornelius 2
dilectum indictum a magistratibus universumque Samnium erectum ac vicinos populos, Privernatem Fundanumque et Formianum, haud ambigue sollicitari.

Ob haec cum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, 3
quam bellum fieret, responsum redditur ab Samnitibus ferox.
ultro incusabant iniurias Romanorum; neque eo neglegentius 4
ea, quae ipsis obicerentur, purgabant: Haud ullo publico con- 5
silio auxiliove iuvari Graecos; nec Fundanum Formianumve a se sollicitatos; quippe minime paenitere se virium suarum, si
bellum placeat. ceterum non posse dissimulare aegre pati civi- 6
tatem Samnitium, quod Fregellas ex Volscis captas dirutasque ab se restituerit Romanus populus coloniamque in Samnitium
agro imposuerint, quam coloni eorum Fregellas appellent; eam 7
se contumeliam iniuriamque, ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur, ipsos omni vi depulsuros esse.

Cum Romanus legatus ad disceptandum eos ad communes 8
socios atque amicos vocaret, 'Quid perplexe agimus?' inquit; 'nostra certamina, Romani, non verba legatorum nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concur-
rendum est, et arma et communis Mars belli decernet. proinde 9

31, 47, 6; **33,** 11, 7) oder mit *in* c. Acc. (**23,** 16, 3; **25,** 20, 5; **30,** 28, 9) verbunden.

23. 1. *Graecorum*] = Palaepolitanorum (vgl. Kap. 22, 8).

recepta] sc. *esse*, mit Abl. instrum. (*Palaepoli*). Vgl. **26,** 25, 12 *eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet*.

2. *a magistratibus*] sc. *Samnitium*, auf Anordnung des Bundestages.

3. *placuisset*] sc. *senatui*.

4. *obicerentur*] Coniunctivus iterativus (Kap. 8, 9), auf mehrere Beschuldigungen deutend.

purgabant] suchten zu entschuldigen, zu rechtfertigen.

5. *haud . . . Graecos*] Die 4000 Samniten in Palaepolis waren also Söldner.

Fundanum] kollektiver Singular. Vgl. Kap. 3, 1.

minime paenitere se] sie seien vollkommen zufrieden (vgl. Kap. 21, 6). Sie fühlen sich stark genug, einen neuen Krieg mit Rom zu führen.

6. *non posse*] sc. *se*.

Fregellas] Vgl. Kap. 22, 2.

restituerit] In den Nebensätzen sind die Tempora der direkten Rede (*restituit, imposuistis, appellant, fecerunt, demitur* oder *demetur*) beibehalten. Vgl. Kap. 21, 6.

coloniamque . . . appellent] Erklärung und Erweiterung zu den Worten *Fregellas restituerit Romanus populus*, welche bestritten werden konnten, da die römische Kolonie nicht auf der Stelle des alten Fregellä stand.

8. *Romanus legatus*] = *unus ex Romanis legatis*.

communes . . . amicos] etwa die Herniker, Marser, Päligner (Kap. 6, 8; 29, 4).

perplexe] verworren, versteckt.

inquit] sc. *aliquis*, der Wortführer der Samniten, der die Verhandlungen leitende Magistrat.

communis Mars belli] Vgl. Kap. 11, 6.

inter Capuam Suessulamque castra castris conferamus et, Sam-
nis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus'.
10 Legati Romanorum, cum se non, quo hostis vocasset, sed
quo imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent, *do-
mum rediere.*

Iam Publilius inter Palaepolim Neapolimque loco oppor-
tune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui, qua,
11 ut quisque locus premeretur, inter se usi fuerant. itaque cum
et comitiorum dies instaret et Publilium imminentem hostium
muris avocari ab spe capiendae in dies urbis haud e re pu-
12 blica esset, actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut,
cum Q. Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem
gereret, quoad debellatum cum Graecis esset.
13 L. Cornelio, quia ne eum quidem in Samnium iam ingres-
sum revocari ab impetu belli placebat, litterae missae, ut dicta-
14 torem comitiorum causa diceret. dixit M. Claudium Marcellum;
ab eo magister equitum dictus Sp. Postumius. nec tamen ab
dictatore comitia sunt habita, quia, vitione creatus esset, in
disquisitionem venit. consulti augures vitiosum videri dicta-
15 torem pronuntiaverunt. eam rem tribuni suspectam infamem-
que criminando fecerunt: nam neque facile fuisse id vitium
nosci, cum consul oriens de nocte silentio diceret dictatorem,
neque ab consule cuiquam publice privatimve de ea re scrip-

9. *castra castris conferre,* 'Lager gegen Lager aufschlagen', eine häufige Redensart bei Cic., Caes., Liv. (**4,** 27, 5; **10,** 32, 5; **23,** 28, 9; **27,** 12, 9 und 27, 1; **44,** 20, 3).

10. *societatem auxilii mutui*] 'die Vereinigung zu gegenseitiger Hülfe', welche Palaepolis und Neapel bisher unter sich unterhalten hatten.

premeretur] Coniunctivus iterativus (Kap. 8, 9).

11. *in dies*] 'von Stunde zu Stunde, von einem Tag zum andern', übertreibender Ausdruck, da die Belagerung noch längere Zeit fortdauerte.

e re publica] Vgl. Kap. 4, 12.

12. *pro consule*] mit der militärischen und richterlichen Gewalt, welche er während seines Amtsjahres hatte. Publilius war der erste, welchem das Imperium verlängert wurde, aber nur für den ihm angewiesenen Geschäftskreis aufserhalb Roms. Doch war schon 464 v. Chr. ein abgetretener Konsul mit einem Imperium *pro consule* ausgerüstet worden (**3,** 4, 10).

quoad etc.] also auf unbestimmte Zeit. Später fanden die Verlängerungen des Imperiums pro consule gewöhnlich auf ein Jahr statt.

13. *ab impetu belli*] von der raschen Eröffnung, vom Gange des Krieges, der jedoch erst später erklärt wird (Kap. 25, 2).

14. *M. Claudium*] Vgl. Kap. 18, 1.

Sp. Postumius] Vgl. Kap. 16, 12.

augures] Diese wurden sonst von den Konsuln bei der Anstellung von Auspizien zugezogen; aber sie begleiteten dieselben nicht in den Krieg, wie aus § 16 hervorgeht.

15. *de nocte*] 'im Verlauf der Nacht'. — Bei der Wahl eines Diktators pflegte der Konsul, um eine Störung der Auspizien fernzuhalten, bald nach Mitternacht aufzustehen zur Beobachtung der Auspizien und die Wahl in der Stille der Nacht vorzunehmen (**4,** 21, 10; **23,** 22, 11).

tum esse; nec quemquam mortalium exstare, qui se vidisse 16
aut audisse quid dicat, quod auspicium dirimeret, neque augures divinare Romae sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id vitium auguribus visum?

Haec aliaque ab tribunis nequiquam iactata; tamen ad 17
interregnum res rediit, dilatisque alia atque alia de causa comitiis quartus decimus demum interrex L. Aemilius consules creat C. Poetelium, L. Papirium Mugilanum. Cursorem in aliis annalibus invenio.

Eodem anno Alexandream in Aegypto proditum conditam, **24**
Alexandrumque Epiri regem ab exule Lucano interfectum sortes
Dodonaei Iovis eventu adfirmasse. accito ab Tarentinis in 2
Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem; ibi fatis eius terminum dari. eoque ocius trans- 3
misit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem
in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. ceterum ut ferme 4
fugiendo in media fata ruitur, cum saepe Bruttias Lucanasque legiones fudisset, Heracleam, Tarentinorum coloniam, ex Lu-

16. *mortalium*] = *hominum* (Kap. 10, 9), von den Leuten im Lager. *dirimeret*] nicht *dirimat*, weil eine Gleichzeitigkeit mit *vidisse* bezeichnet werden soll.

17. *quartus decimus*] Das Interregnum dauerte also über 65 Tage (zu Kap. 17, 5); diese lange Dauer setzt heftige Wahlkämpfe voraus.
L. Aemilius] Vgl. Kap. 1, 1.
C. Poetelium] Volkstribun 358 v. Chr., Konsul 346 u. 332 v. Chr. (zu Kap. 17, 5).
Cursorem] Vgl. Kap. 12, 2.

24. 1. *eodem anno*] im Jahre 427 der Stadt, wie Kap. 25, 1. Dies ist ein Irrtum. Die Gründung von Alexandria und der Tod des Epiroten Alexander (vgl. Kap. 3, 6) sind vielmehr in den Winter des Jahres 422 der Stadt Rom (332/31 v. Chr.) anzusetzen (zu Kap. 17, 12).
proditum] = *memoriae proditum est.*
Alexandrum . . . interfectum] schwerfälliges Subjekt zu *adfirmasse.*
Epiri regem] Vgl. Kap. 3, 6 und 17, 9.
sortes] = *oracula* oder *oraculum.* In einem Eichenhain bei Dodona in Epirus war ein uraltes Orakel des Zeus.

2. *accito*] sc. *ei.* Vgl. Kap. 19, 10.
dictio] selten im Sinne von *oraculum* gebraucht.
erat] in Epirus, als er eben beabsichtigte, dem Rufe der Tarentiner zu folgen.

3. *urbe*] *abesse* wird in übertragener Bedeutung von Livius zweimal mit dem Abl. ohne *ab* verbunden (**9**, 44, 2 *bello;* **26**, 41, 11 *cladibus*); in lokaler Bedeutung steht es zuweilen ohne *ab*, wenn es mit *procul* verbunden ist (Kap. 32, 13; **10**, 4, 7; **33**, 15, 6).
fluentem] sowohl mit *ex Molosside* als mit *stagna inferna* zu verbinden. Der Acheron entsprang im östlichen Teile von Epirus und durchfloſs das südliche Küstenland, Thesprotia, indem er die palus Acherusia bildete, einen groſsen Sumpf, in dessen Nähe die Stadt Pandosia lag.
inferna] 'unterirdisch', indem man sich diesen See als in die Unterwelt hinabreichend dachte, weil auch ein Fluſs in der Unterwelt Acheron hieſs.

4. *fugiendo*] sc. *fata.*
ex Lucanis] welche dieselbe erobert hatten.

canis, Sipontum *Apulorum Consentiamque* Bruttiorum ac Teri-
nam, alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes
et trecentas familias illustres in Epirum, quas obsidum numero
5 haberet, misisset, haud procul Pandosia, urbe imminente Lu-
canis ac Bruttiis finibus, tris tumulos aliquantum inter se di-
stantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri
6 hostilis faceret. et ducentos ferme Lucanorum exules circa se
pro fidis habebat, ut pleraque eius generis ingenia sunt, cum
fortuna mutabilem gerentes fidem.

7 Imbres continui campis omnibus inundatis cum inter-
clusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio, duo
praesidia, quae sine rege erant, improviso hostium adventu
opprimuntur; deletisque eis ad ipsius obsidionem omnes con-
8 versi. inde ab Lucanis exulibus ad suos nuntii missi sunt, pacto-
que reditu promissum est regem aut vivum aut mortuum in
9 potestatem daturos. ceterum cum delectis ipse egregium faci-
nus ausus per medios erumpit hostes et ducem Lucanorum
10 comminus congressum obtruncat; contrahensque suos ex fuga
palatos pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis
11 aquae abstulerat, indicantem iter. quem cum incerto vado
transiret agmen, fessus metu ac labore miles increpans nomen
abominandum fluminis 'Iure Acheros vocaris' inquit. quod ubi

Sipontum] eine apulische Küstenstadt am Südfufs des Mons Garganus (**34,** 45, 3; **39,** 23, 3).

Terinam] eine Stadt an der Westküste von Bruttium, am sinus Terinaeus.

Messapiorum] im weiteren Sinne auch die Kalabrer und Sallentiner in sich schliefsend.

numero] mit Gen., 'als, wie', verbunden mit *habere* (**22,** 59, 14) und *esse* (**4,** 4, 12; **7,** 30, 19; **25,** 22, 12).

5. *imminente*] mit Dat., 'bedrohend, berührend'.

6. *pro fidis*] die er für treu hielt, auf die er sich verlassen zu können glaubte.

eius generis] nicht der Verbannten, sondern der Lukaner, 'dieses Volkes'. Vgl. Kap. 29, 4.

mutabilem gerentes] = *mutantes*. So findet sich *gero* zuweilen statt *habeo* (Kap. 11, 6; **1,** 25, 3; **7,** 31, 6).

7. *inter se*] pleonastische Steigerung zu *mutuo*, 'gegenseitig'.

omnes] sc. *hostes*. Nach dem Folgenden sind es Lukaner.

8. *in potestatem*] sc. *suorum*, mit Bezug auf das bei *daturos* zu ergänzende Subjekt *se*. Vgl. Kap. 20, 6.

10. *suos*] die aus den zwei überwältigten *praesidia* geretteten Leute.

ex fuga] Bestimmung zu *palatos*, 'die sich auf der Flucht zerstreut hatten'. Vgl. **44,** 42, 7 *et vagi ex fuga quinque milia hostium capta;* Caes. b. G. **6,** 35, 6 *multos ex fuga dispersos excipiunt.*

amnem] indem der sonst kleine Flufs damals zu einem Strome angeschwollen war.

11. *incerto vado*] vermittelst einer unsichern Furt, da die Brücke weggerissen war.

Acheros] ein kleiner Zuflufs (j. Lese) des Neäthus. Die nur hier vorkommende Form *Acheros* scheint eine ungewöhnliche Nominativform zu sein statt *Acheron.* Der Sprechende scheint das Wort abzuleiten von τὸ ἄχος, das Leid, und den Acheron als eine Stätte des

ad aures accidit regis, adiecit extemplo animum fatis suis sub-
stititque dubius, an transiret. tum Sotimus, minister ex regiis 12
pueris, quid in tanto discrimine periculi cunctaretur, interro-
gans, indicat Lucanos insidiis quaerere locum. quos ubi re- 13
spexit rex procul grege facto venientes, stringit gladium et
per medium amnem transmittit equum. iamque in vadum
egressum eminus veruto Lucanus exul transfigit. lapsum inde 14
cum inhaerente telo corpus exanime detulit amnis in hostium
praesidia. ibi foeda laceratio corporis facta. namque praeciso
medio partem Consentiam misere, pars ipsis retenta ad ludi-
brium. quae cum iaculis saxisque procul incesseretur, mulier 15
una ultra humanarum irarum fidem saevienti turbae immixta,
ut parumper sustinerent, precata, flens ait virum sibi liberos-
que captos apud hostes esse; sperare corpore regio utcumque
mulcato se suos redempturam. is finis lacerationi fuit, sepul- 16
tumque Consentiae quod membrorum reliquum fuit cura mu-
lieris unius, ossaque Metapontum ad hostes remissa, inde 17
Epirum devecta ad Cleopatram uxorem sororemque Olympia-
dem, quarum mater magni Alexandri altera, soror altera fuit.
Haec de Alexandri Epirensis tristi eventu, quamquam Ro- 18
mano bello fortuna eum abstinuit, tamen, quia in Italia bella
gessit, paucis dixisse satis sit.

Unheils und Verderbens aufzufassen ('Schmerzensstrom').

12. *ex regiis pueris*] von den Edelknaben, der Nobelgarde des Königs. Es waren junge Adelige, welche die Person des Königs umgaben, indem von den Epiroten dasselbe gilt, was **45**, 6, 7 von den Macedoniern gesagt wird: *pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi ad ministerium electi regis.*

in tanto discrimine periculi] 'in einer solchen Bedrängnis der Gefahr'. Vgl. **6**, 17, 1 *in ipso discrimine periculi.* Die Wörter *discrimen* und *periculum* werden oft als Synonyma durch *et, ac, que* verbunden.

13. *respexit*] in dichterischer Weise mit Acc. c. Part. verbunden. Vgl. Verg. Aen. V, 168 *ecce Cloanthum respicit instantem tergo.*

grege facto] militärischer Ausdruck, 'in geschlossenem Zuge' (Sall. Cat. 50, 2).

in vadum] an eine seichte Stelle, auf festen Boden.

14. *praeciso*] Andeutung, dafs der vordere Teil abgeschnitten wurde.

medio] sc. *corpore.* Der Leichnam wurde in der Mitte durchschnitten.

ipsis] = *ab ipsis.* Vgl. Kap. 6, 3.

15. *ultra...fidem*] über die Glaublichkeit, das Mafs.

sustinerent] intransitiv, 'einhalten, inne halten'.

16. *sepultum*] bestattet, d. h. verbrannt, wie das folgende *ossa* zeigt.

ad hostes] zu den Leuten des Alexander. Die Truppen, welche er mit sich nach Pandosia gebracht hatte (§ 5), waren wohl insgesamt niedergehauen worden.

17. *Epirum*] = *in Epirum.* Ebenso steht der Accus. eines Küstenlandes ohne *in* **31**, 43, 5 (*Aegyptum*) und **36**, 42, 4 (*Peloponnesum*). Vgl. Sall. Jug. 28, 6 *legiones per Italiam Regium atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectae.*

magni] Vgl. Kap. 3, 7.

18. *paucis*] häufige Ellipse statt *paucis verbis.*

25 Eodem anno lectisternium Romae, quinto post conditam
urbem, isdem, quibus ante, placandis habitum est deis.
2 Novi deinde consules iussu populi cum misissent, qui in-
dicerent Samnitibus bellum, ipsi maiore conatu quam adversus
Graecos cuncta parabant, et alia nova nihil tum animo tale
3 agitantibus accesserunt auxilia. Lucani atque Apuli, quibus
gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in
fidem venerunt, arma virosque ad bellum pollicentes; foedere
4 ergo in amicitiam accepti. eodem tempore etiam in Samnio
res prospere gesta; tria oppida in potestatem venerunt, Allifae,
Callifae, Rufrium, aliusque ager primo adventu consulum longe
lateque est pervastatus.
5 Hoc bello tam prospere commisso alteri quoque bello, quo
Graeci obsidebantur, iam finis aderat. nam praeterquam quod
intersaeptis munimentis hostium pars parti abscisa erat, foe-
diora aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat, fiebant,
6 et velut capti a suismet ipsi praesidiis indigna in liberis quo-

25. 1. *lectisternium*] 'ein Göttermahl'. — Das erste Lektisternium wurde bei einer Seuche im Jahre 399 v. Chr. gehalten. In einem Tempel wurden drei prächtige Ruhebetten bereitet, für die Büsten des Apollo und der Latona, des Herkules und der Diana, des Merkur und Neptun. Während acht Tagen wurden diesen drei Götterpaaren Speisen vorgesetzt, und diese Zeit wurde als eine Festzeit betrachtet (**5**, 13, 6). Das zweite Göttermahl war wahrscheinlich bei einer Seuche im Jahre 392 (**5**, 31, 5), das dritte 364 (**7**, 2, 2), das vierte 348 (**7**, 27, 1). Dieses fünfte Lektisternium nun steht im Zusammenhang mit der Kap. 22, 7 erwähnten Pestilenz.

placandis deis] Dativ des Zweckes, wie Kap. 6, 11.

Kap. **25**, 2—**29**, 1. Das Jahr 428 der Stadt: Beginn des zweiten Krieges gegen die Samniten; Bündnis mit den Lukanern, Apuliern, Neapolitanern; Unterwerfung von Palaepolis; Abfall der Lukaner; Aufhebung der Schuldknechtschaft durch die Lex Poetelia Papiria; Bund der Vestiner mit den Samniten.

2. *consules*] die Kap. 23, 17 genannten.

iussu populi] Obwohl bereits ein Konsul des vorigen Jahres die kriegerischen Unternehmungen eingeleitet hatte (Kap. 23, 13), mufste doch für gröfsere Rüstungen die Genehmigung des Volkes eingeholt und der Krieg durch die Fetialen (Kap. 22, 8) förmlich erklärt werden.

ipsi] pleonastisch hinzugefügt im Gegensatz zu dem folgenden *alia*.

Graecos] die vom Prokonsul Q. Publilius belagerten Paläpolitaner (Kap. 23, 12).

3. *nihil*] keine Beziehung.

arma virosque] Vgl. Kap. 13, 1.

4. *eodem tempore*] da zu Rom Freundschaft mit den Lukanern und Apuliern geschlossen wurde.

in potestatem] sc. *Romanorum*. Vgl. Kap. 20, 6.

5. *intersaeptis munimentis hostium*] durch die zwischen ihnen aufgeführten Schanzen der Feinde (nämlich der Römer; Kap. 23, 10).

pars] sc. *Graecorum*.

parti] Dativus incommodi, 'für den andern'. Wir erwarten: *a parte*.

aliquanto] zuweilen hinter den Komparativ gestellt (**6**, 18, 3; **7**, 12, 10).

iis] Ablativ der Vergleichung, = *quam ea erant*.

6. *indigna in liberis*] eine empörende Behandlung ihrer Kinder. Eigentlich: sie erduldeten an den Kindern Empörendes, d. h. dafs an

que ac coniugibus et quae captarum urbium extrema sunt
patiebantur. itaque cum et a Tarento et a Samnitibus fama 7
esset nova auxilia ventura, Samnitium plus, quam vellent,
intra moenia esse rebantur, Tarentinorum iuventutem, Graeci 8
Graecos, haud minus per quos Samniti Nolanoque quam ut
Romanis hostibus resisterent, exspectabant. postremo levis-
simum malorum deditio ad Romanos visa.

Charilaus et Nymphius principes civitatis communicato 9
inter se consilio partes ad rem agendam divisere, ut alter ad
imperatorem Romanorum transfugeret, alter subsisteret ad
praebendam opportunam consilio urbem. Charilaus fuit, qui 10
ad Publilium Philonem venit et, quod bonum, faustum, felix
Palaepolitanis populoque Romano esset, tradere se ait moenia
statuisse. eo facto utrum ab se prodita an servata patria 11
videatur, in fide Romana positum esse. sibi privatim nec pa-
cisci quicquam nec petere; publice petere quam pacisci magis, 12
ut, si successisset inceptum, cogitaret populus Romanus po-
tius, cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam
esset, quam qua stultitia et temeritate de officio decessum. col- 13
laudatus ab imperatore tria milia militum ad occupandam eam
partem urbis, quam Samnites insidebant, accepit; praesidio ei
L. Quinctius tribunus militum praepositus.

Eodem tempore et Nymphius praetorem Samnitium arte 26
adgressus perpulerat, ut, quoniam omnis Romanus exercitus
aut circa Palaepolim aut in Samnio esset, sineret se classe

den Kindern Empörendes geschah. Ähnlich ist *in* gebraucht Kap. 31, 7.

7. *nova*] mit Bezug auf die bereits in Paläpolis befindlichen Truppen der Samniten und Nolaner (Kap. 23, 1).

Samnitium . . . *Tarentinorum*] chiastische Ausführung zu *et a Tarento et a Samnitibus*.

8. *quam ut*] als ob vorausgehe: *haud minus ut per eos*.

9. *partes*] die Rollen. Kap. 20, 12.

subsisteret] = *remaneret* (**4**, 55, 8).

consilio] scil. *perficiendo*, um in der Stadt eine Gelegenheit zur Ausführung des Planes herbeizuführen.

10. *esset*] Der feierliche Wunsch *quod bonum, faustum felixque sit* findet sich oft, namentlich bei Eröffnung einer Volksversammlung (**1**, 17, 10 und 28, 7; **3**, 54, 8; **10**, 8, 12). In indirekter Rede steht der Conj. Imperf. *esset* (**3**, 34, 2; **24**, 16, 9).

11. *fide*] 'Redlichkeit, Rechtlichkeit'. Wurde die ohne Bedingung übergebene Stadt von den Römern mild behandelt, so erschien Charilaus als ihr Retter; wurde sie dagegen hart behandelt, so erschien er als Verräter.

12. *publice*] in Bezug auf seine Gemeinde.

quam] bei Livius zuweilen vor den Komparativ (hier *magis*) gestellt: **3**, 19, 4; **4**, 42, 9; **6**, 4, 11; **7**, 15, 8.

in amicitiam . . . *de officio*] Obwohl Paläpolis vorher mit Rom nicht verbündet war, hatte es doch die Pflicht, gegen das Nachbarvolk friedliche und freundschaftliche Gesinnungen zu zeigen.

26. 1. *praetorem*] den Anführer des Corps der Samniten in Paläpolis.

arte] = *dolo*, durch List, Verstellung, Täuschung.

adgressus] hatte sich . . . zu nähern gewufst.

sineret] Demnach hatte der An-

circumvehi ad Romanum agrum, non oram modo maris, sed
2 ipsi urbi propinqua loca depopulaturum; sed, ut falleret, nocte
proficiscendum esse extemploque naves deducendas. quod quo
maturius fieret, omnis iuventus Samnitium praeter necessarium
urbis praesidium ad litus missa.

3 Ubi dum Nymphius in tenebris et multitudine semet ipsa
impediente, sedulo aliis alia imperia turbans, terit tempus,
Charilaus ex composito ab sociis in urbem receptus, cum
summa urbis Romano milite implesset, tolli clamorem iussit;
4 ad quem Graeci signo accepto a principibus quievere, Nolani
per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe ut expeditior in praesentia fuga, ita
5 foedior, postquam periculo evaserunt, visa, quippe qui inermes
nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrium non
externis modo, sed etiam popularibus, spoliati atque egentes
domos rediere.

6 Haud ignarus opinionis alterius, qua haec proditio ab
Samnitibus facta traditur, cum auctoribus hoc dedi, quibus
dignius credi est, tum foedus Neapolitanum — eo enim deinde

führer des samnitischen Hülfscorps den Oberbefehl in der Stadt.

2. *ut falleret*] d. h. damit das römische Belagerungsheer den Auszug der Flotte nicht bemerke.

3. *turbans*] 'störend, aufhebend', indem er durch die sich widersprechenden Befehle Verwirrung verursachte, damit die Abfahrt der Schiffe nicht zustande komme.

terit tempus] Vgl. Kap. 11, 3.

ab sociis] nämlich *consilii*, den übrigen Optimaten (oder *principes*), welche in den Plan eingeweiht waren.

summa] substantiviert, = *summa loca*. Vgl. Kap. 25, 6 *extrema*.

ad quem] *ad* in temporalem Sinn bezeichnet bei Livius oft die Veranlassung.

4. *aversam*] nämlich von den eindringenden Römern.

exclusis] indem man rasch das Thor hinter ihnen schlofs.

periculo] Ebenso **21**, 33, 5 *ut periculo prius evaderet;* dagegen **42**, 18, 5 *quod e tanto periculo evasisset.*

5. *inermes* etc.] Mit ihrer Einschiffung beschäftigt, hatten sie nur ihre notwendigsten Sachen zu den Schiffen mitgenommen u. diese samt den Waffen auf den Schiffen niedergelegt.

rediere] Nach *quippe qui* setzt Cicero stets den Konjunktiv, Sallust den Indikativ, Livius häufiger den Konjunktiv, zuweilen den Indikativ (**3**, 6, 6 und 53, 7; **5**, 37, 7; **26**, 41, 8; **42**, 18, 1).

6. *haec*] Dies fällt im Deutschen weg. Es deutet an, dafs die nämliche Übergabe der Stadt, welche vonseiten der eigenen Bürger eine *deditio* war (Kap. 25, 8), wenn sie von den Samniten ausging, als *proditio* erscheint.

cum... tum] = *et... et.*

dedi] mit Dativ (*auctoribus*), = *concessi*, wie Kap. 5, 4 (deutsch: ich habe mich hierin an die Gewährsmänner gehalten).

dignius est] = *magis decet*, mit Acc. c. Inf., wie **4**, 49, 11.

foedus Neapolitanum] Das Bündnis räumte den Neapolitanern bedeutende Vorteile ein, macht es also wahrscheinlich, dafs sie sich selbst an die Römer anschlossen, nicht durch einen Verrat der Samniten denselben überliefert wurden.

eo] = *Neapolim, ad Neapolitanos.*

enim] Die Parenthese begründet, warum Livius das *foedus* als *Nea-*

summa rei Graecorum venit — similius vero facit ipsos in
amicitiam redisse. Publilio triumphus decretus, quod satis cre- 7
debatur obsidione domitos hostes in fidem venisse. duo sin-
gularia haec ei viro primum contigere, prorogatio imperii, non
ante in ullo facta, et acto honore triumphus.

Aliud subinde bellum cum alterius orae Graecis exortum. 27
namque Tarentini, cum rem Palaepolitanam vana spe auxilii 2
aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos ac-
cepere, velut destituti ac non qui ipsi destituissent, increpare
Palaepolitanos, ira atque invidia in Romanos furere, eo etiam,
quod Lucanos et Apulos — nam utraque eo anno societas
coepta est — in fidem populi Romani venisse adlatum est:
quippe propemodum perventum ad se esse, iamque in eo rem 3
fore, ut Romani aut hostes aut domini habendi sint. discrimen 4
profecto rerum suarum in bello Samnitium eventuque eius
verti; eam solam gentem restare, nec eam ipsam satis vali-
dam, quando Lucanus defecerit; quem revocari adhuc impelli- 5
que ad abolendam societatem Romanam posse, si qua ars se-
rendis discordiis adhibeatur.

Haec consilia cum apud cupidos rerum novandarum va- 6
luissent, ex iuventute quidam Lucanorum pretio adsciti, clari
magis inter populares quam honesti, inter se mulcati ipsi vir-

politanum bezeichnet, nicht als *Palaepolitanum*.

summa rei] sc. *publicae*, die Leitung des Staates. — Neapel war fortan das Haupt des Gemeinwesens, welches Paläpolis mit umfafste. Die Römer bevorzugten Neapel, vielleicht weil es keine Besatzung der Samniten und Nolaner aufgenommen hatte, wie Paläpolis.

similius vero] Ebenso **10,** 26, 13. Daneben findet sich *veri similius* (**5,** 11, 7; **9,** 37, 7) und die Umschreibung *magis veri simile* (**7,** 27, 9; **21,** 38, 4).

7. *triumphus*] Publilius triumphierte am 1. Mai über die Samniten und Paläpolitaner (nach den Triumphalfasten).

singularia] Auszeichnungen.

27. 1. *subinde*] = *deinde*, unmittelbar darauf.

alterius orae] an der östlichen Küste Italiens.

2. *spe auxilii*] Vgl. Kap. 25, 8.

ac non] in der Berichtigung eines Ausdruckes, wie Kap. 31, 4 und **24,** 37, 7.

3. *quippe*] Diese Partikel dient bei Dichtern und in der silbernen Latinität oft zur Einführung beigeordneter Begründungen, wie *nam* (**5,** 51, 2; **6,** 16, 5; **7,** 35, 10).

perventum esse] die Reihe sei... gekommen.

in eo] meist unpersönlich *in eo est, ut* 'es ist darum zu thun, dafs' (**2,** 17, 5), hier mit dem Subjekt *res* 'es ist dazu gekommen, dafs'.

4. *discrimen...vertitur,* die Entscheidung hängt ab, beruht auf —.

restare] näml. als Gegner Roms.

Lucanus] kollektiver Singular, wie Kap. 3, 1.

5. *adhibeatur*] mit Dat. statt der klassischen Verbindung mit *ad*. So findet sich **23,** 8, 5 *adhibere aliquem convivio*, aber **23,** 9, 4 *adhibere aliquem ad hospitalem mensam*.

6. *apud cupidos*] = *apud homines cupidos*. Die unkriegerische Bevölkerung von Tarent war zu politischen Umwälzungen geneigt.

mulcati] passives Partic. zur Bezeichnung einer Thätigkeit, indem bei einer reciproken Handlung die leidenden Subjekte zugleich thätig sind.

gis cum corpora nuda intulissent in civium coetum, vociferati
7 sunt se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consulibus
8 virgis caesos ac prope securi percussos esse. deformis suapte natura res cum speciem iniuriae magis quam doli prae se ferret, concitati homines cogunt clamore suo magistratus senatum
9 vocare; et alii circumstantes concilium bellum in Romanos poscunt, alii ad concitandam in arma multitudinem agrestium discurrunt, tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur, ut societas cum Samnitibus renovaretur, legatique ad
10 eam rem mittuntur. repentina res quia quam causam nullam tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus et obsides dare et praesidia in loca munita accipere caeci fraude et ira
11 nihil recusarunt. dilucere deinde brevi fraus coepit, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigravere; sed amissa omni de se potestate nihil ultra, quam ut paeniteret frustra, restabat.

28 Eo anno plebei Romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt; mutatum autem ius est ob

in civium coetum] eine aus unbekannten Gründen zusammengerufene Versammlung der Lukaner.

7. *a consulibus*] d. h. *iussu consulum a lictoribus.* Die Konsuln standen mit dem Heere in Samnium.

8. *senatum*] Livius denkt sich bei den Lukanern ähnliche Verhältnisse, wie zu Rom. Die Lukaner wohnten jedoch zerstreut auf dem Lande und in kleinen Städten, von welchen Grumentum wohl die gröfste und vielleicht die Hauptstadt war. Damals war nun das Volk schon versammelt gewesen, und die Abgeordneten der verschiedenen Landesteile waren wohl auch bei der Versammlung zugegen. Sonst hätten sie nicht so schnell zu einem *concilium* oder *senatus* zusammengerufen werden können.

vocare] statt *convocare,* regelmäfsig beim Objekt *senatum* (Kap. 28, 7).

9. *sanos animos*] die politisch Vernünftigen, welche an dem Bündnis mit Rom festhalten wollten.

renovaretur] Vgl. Kap. 17, 9.

10. *quam...tam*] = *ut...ita*, wie **21,** 43, 11 und **33,** 17, 9. Sall. Jug. 31, 14 *quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est.*

fidem habere, Vertrauen, Glauben finden.

11. *se*] auf das nach *sed* zu ergänzende *Lucanis* bezogen.

ultra] 'weiter' (Kap. 39, 14 u. 19), oft pleonastisch zu *nihil* gesetzt.

28. 1. *eo anno*] Nach andern Berichten jedoch wurde die Schuldhaft erst einige Jahre später, nach der Einschliefsung der Römer bei Caudium, aufgehoben (Val. Max. **6,** 1, 9; Dion. 16, 9).

plebei] insofern viele Plebejer verschuldet und der Schuldknechtschaft unterworfen, die Gläubiger aber zum gröfseren Teil Patrizier waren.

libertatis] der persönlichen Freiheit, da die Schuldner von nun an nicht mehr, wie Sklaven, in Ketten gelegt und gezüchtigt werden durften. Dagegen die politische Freiheit hatte ihren Anfang genommen mit der Einführung der republikanischen Verfassung (**2,** 1, 7).

necti] 'wegen der Schulden verhaftet zu werden'. Im Deutschen tritt besser ein Substantiv ein: die Schuldknechtschaft. — Der säumige Schuldner konnte mit Erlaubnis des Prätors (d. h. als *pecuniae iudicatus*) vom Gläubiger in sein Haus abgeführt und mit Beinschellen (*com-*

unius faeneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignem.
L. Papirius is fuit. cui cum se C. Publilius ob aes alienum 2
paternum nexum dedisset, quae aetas formaque misericordiam
elicere poterant, ad libidinem et contumeliam animum accen-
derunt. florem aetatis eius fructum adventicium crediti ratus, 3
primo pellicere adulescentem sermone incesto est conatus; dein,
postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare atque
identidem admonere fortunae; postremo, cum ingenuitatis magis 4
quam praesentis condicionis memorem videret, nudari iubet
verberaque adferri. quibus laceratus iuvenis cum se in publicum 5
proripuisset, libidinem crudelitatemque conquerens faeneratoris,
ingens vis hominum cum aetatis miseratione atque indignitate 6
iniuriae accensa, tum suae condicionis liberumque suorum re-
spectu, in forum atque inde agmine facto ad curiam concurrit;
et, cum consules tumultu repentino coacti senatum vocarent, 7
introeuntibus in curiam patribus laceratum iuvenis tergum,
procumbentes ad singulorum pedes, ostentabant. victum eo die 8
ob impotentem iniuriam unius ingens vinculum fidei; iussique
consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset,
donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur;

pĕdes) oder einem Fufsblock (*nervus*) gefesselt werden. Der *nexus* durfte nach dem Gesetze der Zwölf Tafeln nicht gezüchtigt werden, konnte sich aber gegen eine Mifshandlung nicht schützen.

desierunt] beim Inf. Pass., wie **4,** 35, 9, statt *desiti sunt.*

2. *paternum*] indem die Schulden des Vaters bei seinem Tode auf den Sohn übergingen.

nexum] Supin ('in Haft'), wie bei *nuptum dare* (**1,** 49, 9).

elicere] erregen, abgewinnen.

3. *fructum adventicium*] einen Zuwachs des Gewinnes, einen Nebengewinn.

crediti] Substantiv, = *pecuniae creditae.*

4. *nudari*] sc. *eum.* Ebenso ist zu *adferri* der Dativ *ei* zu ergänzen. Die Verbindung *verbera adferre alicui*, 'einem Schläge geben', ist nicht auffallender als *vim adferre alicui* (**9,** 16, 4).

5. *publicum*] oft Substantiv in der Bedeutung 'Öffentlichkeit, öffentlicher Ort, Strafse' (**3,** 57, 10; **23,** 9, 13; **24,** 16, 17).

6. *indignitate*] = *indignatione,* Unwille (Kap. 30, 4).

respectu] 'durch die Rücksicht auf' (**2,** 30, 2; **45,** 18, 2). *respectus* mit Gen., = *ratio* (Rücksicht, Achtung), findet sich zuerst bei Livius an einigen Stellen.

agmine facto] 'in geordnetem Zuge' (Verg. Aen. 1, 82); gewöhnlich blofs *agmine* als adverbialer Ablativ. Vgl. *grege facto* Kap. 24, 13.

7. *ostentabant*] Subjekt: 'die Leute', die Führer der Volksmenge, nicht die ganze Menge, wie bei *concurrit.*

8. *unius*] sc. *faeneratoris.* Was die Plebs gegen die grofse Zahl hartherziger Gläubiger nicht hatte erlangen können, setzte sie nun durch infolge der Mafslosigkeit eines einzelnen von ihnen.

fidei] 'des Kredites'.— Die Schuldknechtschaft war bisher ein starkes Band des Vertrauens, ein Bollwerk für die Gläubiger, welches nun erobert und beseitigt wurde.

ferre] 'beantragen'. Dies konnte nicht *eo die* geschehen, sondern in einer gesetzlichen Frist.

noxam meruisset] ein Vergehen verschuldet, ein Verbrechen begangen, eine Bufse verdient hätte.

9 pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset.
ita nexi soluti, cautumque in posterum, ne necterentur.

29 Eodem anno, cum satis per se ipsum Samnitium bellum
et defectio repens Lucanorum auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent patres, accessit, ut et Vestinus populus
Samnitibus sese coniungeret.

2 Quae res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum iactata quam in publico ullo concilio est, ita insequentis
anni consulibus, L. Furio Camillo iterum, Iunio Bruto Scaevae,
nulla prior potiorque visa est, de qua ad senatum referrent.
3 et quamquam *non* nova res erat, tamen tanta cura patres incessit, ut pariter eam susceptam neglectamque timerent, ne
aut impunitas eorum lascivia superbiaque aut bello poenae
expetitae metu propinquo atque ira concirent finitimos po-
4 pulos; — et erat genus omne abunde bello Samnitibus par,

9. *pecuniae . . . esset*] Hierzu ist aus *ne* ein *ut* zu entnehmen.

obnoxium] 'verpflichtet'. Nach diesen Worten war nicht blofs die Fesselung, sondern auch die Verhaftung der Schuldner untersagt. Dagegen war es nicht untersagt, freiwillig dem Gläubiger zu dienen. Auch blieb die Möglichkeit bestehen, dafs derjenige, welcher einem andern einen Schaden zugefügt hatte, demselben gerichtlich als Schuldknecht zugesprochen wurde.

29. 1. *auctores... Tarentini*] der Umstand, dafs die Tarentiner die Anstifter ... waren, so dafs ihre Verbindung mit den Samniten zu befürchten war.

Vestinus populus] Dieses von Livius hier zum erstenmal erwähnte Volk wohnte östlich von den Sabinern bis zum adriatischen Meer und war durch die Marser, Päligner und Marruciner von den Samniten getrennt.

Kap. **29,** 2—**37,** 2. Die Jahre 429 und 430 der Stadt: Krieg mit den Vestinern und Samniten.

2. *in publico concilio*] im Senat oder einer Volksversammlung.

iterum] L. Furius Camillus, Sp. f. M. n., war bereits 338 v. Chr. Konsul gewesen.

Iunio Bruto] mit dem Vornamen *Decimus.* Vgl. Kap. 12, 13.

prior potiorque] Diese allitterierende Verbindung findet sich auch **23,** 28, 1 und **24,** 24, 3, ebenso **36,** 7, 6 *prius potiusque.* Desgleichen werden zuweilen die Superlative *primus* und *potissimus* verbunden (**5,** 12, 12; **21,** 11, 6; **26,** 40, 1).

3. *incessit*] Livius verbindet *incedere* in der Regel mit dem Accus., doch einmal mit dem Dativ (**4,** 57, 10), wie Caesar, Sallust, Curtius.

susceptam] kondicional zu fassen; im Deutschen steht besser der Inf. ('sich auf dieselbe einzulassen').

ne ... populos] erklärende Apposition zu *eam susceptam neglectamque,* mit 'nämlich' einzuleiten.

poenae expetitae] 'Bestrafung, genommene Rache'. Zu *expetere* pflegt Livius den Plural *poenas* zu setzen (an neun Stellen), nur ausnahmsweise den Singular (dreimal).

metu propinquo] = *metu propinqui belli* oder *periculi.*

4. *et*] mit nachfolgendem Verb, 'und in der That', schiebt einen erklärenden Zusatz des Livius in die Gedanken der Senatoren ein.

genus omne] der ganze Volksstamm (vgl. Kap. 24, 6), zu welchem die Vestiner gehörten. Sie bildeten nämlich mit den Marsern, Pälignern und Marrucinern einen Bund, welcher als Kriegsmacht ebenso stark war, wie der Bund der Samniten.

Marsi Paelignique et Marrucini; — quos, si Vestinus attin-
geretur, omnes habendos hostes. vicit tamen pars, quae in prae- 5
sentia videri potuit maioris animi quam consilii; sed eventus
docuit fortes fortunam iuvare. bellum ex auctoritate patrum 6
populus adversus Vestinos iussit. provincia ea Bruto, Samnium
Camillo sorte evenit. exercitus utroque ducti, et cura tuen- 7
dorum finium hostes prohibiti coniungere arma.

Ceterum alterum consulem L. Furium, cui maior moles 8
rerum imposita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello
subtraxit; iussusque dictatorem dicere rei gerendae causa longe 9
clarissimum bello ea tempestate dixit, L. Papirium Cursorem,
a quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum est
dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis,discordia tamen, 10
qua prope ad ultimum dimicationis ventum est, nobilius.

Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum nec us- 11
quam vario eventu gestum est. nam et pervastavit agros et
populando atque urendo tecta hostium sataque in aciem in-
vitos extraxit, et ita proelio uno accidit Vestinorum res, haud- 12
quaquam tamen incruento milite suo, ut non in castra solum
refugerent hostes, sed iam ne vallo quidem ac fossis freti di-
laberentur in oppida, situ urbium moenibusque se defensuri.
postremo oppida quoque vi expugnare adortus primo Cutinam 13
ingenti ardore militum a vulnerum ira, quod haud fere quis-
quam integer proelio excesserat, scalis cepit, deinde Cingiliam.
utriusque urbis praedam militibus, quod eos neque portae nec 14
muri hostium arcuerant, concessit.

quos . . . hostes] eine abhängige Rede, wozu aus *timerent* ein regierendes Verb (*credebant, dicebant*) zu ergänzen ist.

attingeretur] Passiv zu *aggredi, adoriri*.

5. *fortes*] Sprichwort: *fortes fortuna iuvat* oder *adiuvat* (**34**, 37, 4). Vgl. Verg. Aen. 10, 284 *audentes fortuna iuvat*.

8. *cui* . . . *erat*] indem die Vestiner von ihren Nachbarn nicht unterstützt wurden, wie man (§ 4) gefürchtet hatte.

9. *clarissimum bello*] Dies wurde L. Papirius Cursor erst später. Er hatte bisher als Reiteroberst (Kap. 12, 2) und Konsul (zu Kap. 17, 12) keine bedeutenden Kriegsthaten ausgeführt.

ea tempestate] Vgl. Kap. 8, 14.

Q. Fabius] Er war sechs Jahre vorher Ädil (Kap. 18, 4); es ist der Grofsvater des Fabius Cunctator. Statt *Rullianus* wird er auch *Rullus* genannt (**24**, 9, 8; **30**, 26, 8).

10. *nobile* . . . *nobilius*] berühmt . . . noch berühmter.

11. *săta*] = *segetes* (**6**, 31, 8).

12. *accĭdit* . . . *res*] Vgl. Kap. 11, 12.

13. *adortus*] selten mit dem Infin. verbunden (**3**, 44, 4), namentlich mit *oppugnare* (**2**, 62, 1; **6**, 2, 8 u. 8, 9. Nep. Thras. 2, 5).

a vulnerum ira] Grund des *ingens ardor*. Vgl. Kap. 7, 21.

14. *concessit*] Der Feldherr pflegte einen Teil der Beute dem Heere zu überlassen. Ausnahmsweise erhielt das Heer keinen Teil der Beute oder auch die ganze Beute (**4**, 53, 10; **5**, 19, 8; **7**, 16, 3). Der Erlös für verkaufte Kriegsgefangene fiel immer der Staatskasse zu.

30 In Samnium incertis itum auspiciis est; cuius rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem
2 atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator a pullario monitus cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denuntiavit, ut sese loco teneret neu absente se cum hoste manum consereret.

3 Q. Fabius cum post profectionem dictatoris per exploratores comperisset perinde omnia soluta apud hostes esse, ac
4 si nemo Romanus in Samnio esset, seu ferox adulescens indignitate accensus, quod omnia in dictatore viderentur reposita esse, seu occasione bene gerendae rei inductus, exercitu instructo paratoque profectus, ad Inbrinium — ita vocant locum
5 — acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit, quo, si adfuisset dictator, res melius geri
6 potuerit; non dux militi, non miles duci defuit. eques etiam auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquotiens impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen, detraxit frenos

30. 1. *incertis auspiciis*] Die Auspizien waren ungewifs, weil nach dem Auszuge des Heeres ein Zweifel entstand, ob bei der Anstellung derselben nicht ein Fehler vorgekommen sei. Deshalb mufste der Diktator nach Rom zurückkehren und dieselben von neuem vornehmen; denn ein *iustum imperium* mit dem Rechte der Auspizien konnte nur auf dem Kapitol angetreten werden (vgl. **22,** 1, 7).

in...vertit] zeigte sich in... Das Verbum *vertere* hat oft reflexiven Sinn.

rabiem atque iras] Wut und Erbitterung, d. h. wütender Hafs.

imperatorum] So konnte der Reiteroberst hier genannt werden, weil er in der Abwesenheit des Diktators eine Schlacht lieferte (vgl. **23,** 11, 8); sonst war er den Befehlen des Diktators untergeordnet.

2. *monitus*] Da die Augurn nicht mit in den Krieg zogen (Kap. 23, 16), so vertrat der Hühnerwärter im Felde deren Stelle (vgl. **9,** 14, 4; **10,** 40, 4). Dieser schlofs nun aus dem Benehmen der heiligen Hühner (*pulli*), dafs die Auspizien nicht sicher seien, und machte dem Diktator davon Anzeige.

ad auspicium repetendum] Üblicher wäre der Plural, *ad auspicia repetenda.* Da der Diktator selbst nichts gegen die Feinde zu unternehmen wagte, bis er sichere Auspizien erlangt hätte, so mufste er auch dem Reiteroberst einschärfen, dafs er sich inzwischen unthätig verhalten solle. Vgl. Kap. 32, 4.

3. *omnia soluta*] völlige Auflösung, Nachlässigkeit.

4. *ferox*] heftig, trotzig, wie jüngere Männer zu sein pflegen im Gegensatz zur Besonnenheit der Greise (Kap. 7, 8).

indignitate] Unwille (wie Kap. 28, 6).

in dictatore] gegen welchen Fabius namentlich in § 10 nicht die gebührenden Rücksichten beobachtet.

instructo paratoque] wohlgerüstet und schlagfertig, eine häufige, bei Livius mehr als zwanzigmal vorkommende Wortverbindung zur Bezeichnung der vollständigen Ausrüstung.

Inbrinium] Wo diese Gegend lag, ist unbekannt.

5. *fortuna*] Glück, glücklicher Ausgang.

relictum sit] = *reliquum fuerit.*

6. *capto*] stärker als *facto,* eine grofse Kraftanstrengung bezeichnend ('einen Anlauf nehmen'). **2,** 65, 5; **10,** 5, 6.

agmen] 'Linie', hier die Schlacht-

equis atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos
nulla vis posset; per arma, per viros late stragem dedere.
secutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa. 7
viginti milia hostium caesa eo die traduntur. auctores habeo
bis cum hoste signa collata dictatore absente, bis rem egregie
gestam. apud antiquissimos scriptores una haec pugna in-
venitur; in quibusdam annalibus tota res praetermissa est.

Magister equitum, ut ex tanta caede, multis potitus spo- 8
liis congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne
concremavit, seu votum id deorum cuipiam fuit, seu credere 9
libet Fabio auctori eo factum, ne suae gloriae fructum dic-
tator caperet nomenque ibi scriberet aut spolia in triumpho
ferret. litterae quoque de re prospere gesta ad senatum, non 10

ordnung, gewöhnlich Marschkolonne.

equis] Cominius liefs den Pferden die Zäume aushängen, damit sie im Laufe nicht aufzuhalten seien (vgl. **4**, 33, 7).

permisit] liefs sie los, liefs sie laufen (**3**, 61, 9 und 70, 9; **29**, 2, 8).

per arma, per viros] = *per viros armatos* (Kap. 13, 1).

stragem dedēre] Neben *stragem facere* (eine Niederlage anrichten: **21**, 33, 6; **26**, 4, 8 u. 6, 10; **45**, 2, 5) findet sich zuweilen *stragem dare* (**4**, 30, 8; **21**, 32, 8) und *stragem edere* (**27**, 14, 10).

7. *intulit signa*] Die Feldzeichen, welche im geordneten Kampfe hinter dem Vordertreffen standen (vgl. Kap. 8, 7), wurden beim Angriffe vorangetragen; daher die häufige Redensart *signa inferre* für 'angreifen' (mit Dativ oder mit *in* c. Acc.).

traduntur] Hierdurch wird nur die Zahl der erschlagenen Feinde als ungewifs bezeichnet, nicht die ganze Schlacht.

bis] Dies wird Kap. 33, 21 als gewifs angenommen.

signa collata] Vgl. Kap. 7, 6.

scriptores] Der älteste römische Geschichtschreiber war Q. Fabius Pictor. Er lebte zur Zeit des zweiten punischen Krieges und behandelte die Geschichte Roms von der Erbauung der Stadt bis ums Jahr 200 v. Chr. in griechischer Sprache. Namentlich scheint er die Thaten seiner Ahnen, der Gens Fabia, ausführlich erzählt zu haben.

annalibus] Solche Zusammenstellungen der Angaben älterer Annalisten beweisen die Unsicherheit der älteren römischen Geschichte in Bezug auf Einzelheiten, aber auch den Fleifs und die Sorgfalt des Livius bei Benutzung seiner Quellen.

8. *ut ex tanta caede*] begründend, = *cum caedes tanta fuisset*, wie sich erwarten liefs bei der Gröfse des Gemetzels, d. h. bei der Menge der Erschlagenen.

votum] Vgl. Kap. 1, 6.

9. *auctori*] = *qui auctor est*, = *qui tradit*. Davon ist der Acc. c. Inf. *eo factum* (sc. *esse*) abhängig. Vgl. Kap. 6, 3.

ibi scriberet] = *in eis inscriberet*, näml. *in hostilibus armis*. Der Name des Diktators konnte auf die erbeuteten Waffen geschrieben werden, wenn er sie an öffentlichen Gebäuden aufhängen liefs. Dazu war der Diktator berechtigt, da der Reiteroberst ihm untergeordnet war. Möglicherweise hätte der Diktator auch noch einen Triumph erlangt.

10. *ad senatum*] Fabius hatte als untergeordneter Feldherr die Pflicht, an den Diktator zu berichten. Dafs er sich mit verletzender Übergehung desselben direkt an den Senat wandte, war ein Beweis, dafs er dem Diktator jeden Anteil an seinem Siege und Lobe absprach.

ad dictatorem missae argumentum fuere minime cum eo com-
municantis laudes. ita certe dictator id factum accepit, ut
laetis aliis victoria parta prae se ferret iram tristitiamque.
11 misso itaque repente senatu se ex curia proripuit, tum vero
non Samnitium magis legiones quam maiestatem dictatoriam
et disciplinam militarem a magistro equitum victam et ever-
12 sam dictitans, si illi impune spretum imperium fuisset. ita-
que plenus minarum iraeque profectus in castra cum maximis
itineribus isset, non tamen praevenire famam adventus sui
13 potuit. praecurrerant enim ab urbe, qui nuntiarent dicta-
torem avidum poenae venire, alternis paene verbis T. Manlii
factum laudantem.

31 Fabius contione extemplo advocata obtestatus milites est,
ut, qua virtute rem publicam ab infestissimis hostibus defen-
dissent, eadem se, cuius ductu auspicioque vicissent, ab im-
2 potenti crudelitate dictatoris tutarentur: Venire amentem in-
vidia, iratum virtuti alienae felicitatique; furere, quod se
absente res publica egregie gesta esset; malle, si mutare
fortunam posset, apud Samnites quam Romanos victoriam
3 esse. imperium dictitare spretum, tamquam non eadem mente
pugnari vetuerit, qua pugnatum doleat. et tunc invidia im-
pedire virtutem alienam voluisse cupidissimisque arma abla-
4 turum fuisse militibus, ne se absente moveri possent; et nunc
id furere, id aegre pati, quod sine L. Papirio non inermes,
non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum
5 equitum duxerit ac non accensum dictatoris. quid illum fac-
turum fuisse, si, quod belli casus ferunt Marsque communis,
adversa pugna evenisset, qui sibi devictis hostibus, re publica

11. *tum vero*] 'dann in der That', nachdrücklich auf den nachfolgenden Bedingungssatz hinweisend (wie **6**, 14, 4 und **7**, 34, 14).

victam] 'überwunden', sc. *esse*. Der Inf. Perf. statt des Inf. Fut. bezeichnet die Gewifsheit der Folge. Direkte Rede: *disciplina militaris a magistro equitum victa et eversa est, si illi impune spretum imperium fuerit.*

13. *alternis paene verbis*] fast mit jedem zweiten Wort.

T. Manlii factum] Vgl. Kap. 7, 14 fg.

31. 1. *ductu auspicioque*] eine häufige Wortverbindung, etwa 'Führung und Leitung', hier rhetorischer Ausdruck (ebenso Kap. 33, 22), indem der Reiteroberst sonst das Recht der Auspizien nicht besafs, sondern unter den Auspizien des Diktators stand.

2. *venire*] sc. *eum*, der Diktator.

quam Romanos] ohne Wiederholung der Präpos. (wie **3**, 19, 4; **4**, 58, 4; **9**, 1, 11 u. a.).

3. *cupidissimis*] Dazu ist aus dem Zusammenhang ein Gen. zu ergänzen, *armorum* oder *pugnandi*; also 'kampflustig'.

4. *furere*] nur hier mit Acc. *id*, 'darüber'.

ac non] Vgl. Kap. 27, 2.

accensum] Ordonnanzdiener, Adjutant, Scherge (**3**, 33, 8).

5. *ferunt*] Indikativ, indem der Relativsatz eine erklärende Bemerkung des Livius selbst in die abhängige Rede einschiebt.

Mars communis] Vgl. Kap. 11, 6.

bene gesta, ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit,
supplicium magistro equitum minetur? neque illum magistro 6
equitum infestiorem quam tribunis militum, quam centurio-
nibus, quam militibus esse; si posset, in omnes saeviturum
fuisse. quia id nequeat, in unum saevire; etiam invidiam, tam- 7
quam ignem, summa petere; in caput consilii, in ducem in-
currere. si se simul cum gloria rei gestae exstinxisset, tunc
victorem velut in capto exercitu dominantem, quidquid licuerit
in magistro equitum, in militibus ausurum. proinde adessent 8
in sua causa omnium libertati. si consensum exercitus eundem,
qui in proelio fuerit, in tuenda victoria videat et salutem unius
omnibus curae esse, inclinaturum ad clementiorem sententiam
animum. postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei 9
virtutique permittere.

Clamor e tota contione ortus, uti bonum animum haberet: 32
neminem illi vim adlaturum salvis legionibus Romanis.

Haud multo post dictator advenit classicoque extemplo
ad contionem advocavit. tum silentio facto praeco Q. Fabium 2
magistrum equitum citavit. qui simul ex inferiore loco ad
tribunal accessit, tum dictator 'Quaero' inquit 'de te, Q. Fabi, 3
cum summum imperium dictatoris sit pareantque ei consules,
regia potestas, praetores isdem auspiciis, quibus consules,
creati, aequum censeas necne magistrum equitum dicto au-

unico] spöttisch: 'einzig, aufserordentlich, vorzüglich', da er nicht seinesgleichen habe (Kap. 32, 15).

magistro equitum] nach dem vorausgehenden *sibi* überflüssig, hinter *supplicium* gesetzt, um mit diesem einen Kontrast zu bilden.

7. *invidiam summa petere*] Dieser Gedanke findet sich auch **45**,35,5: *intacta invidia media sunt; ad summa ferme tendit.*

ignem] die Flamme, namentlich der Blitz. **21**, 58, 5 steht *ignes* poetisch statt *fulmina.*

incurrere] scil. *dictatorem.*

in magistro] Vgl. Kap. 25, 6 *indigna in liberis patiebantur.*

8. *omnium*] aller Anwesenden.

inclinaturum] scil. *dictatorem.*

32. 1. *classico*] Vgl. Kap. 7, 14.

ad contionem advocavit] sc. *milites.* Der gleiche Ausdruck findet sich **26**, 46, 13; ebenso mit Weglassung des Objekts **7**, 36, 9 *ad contionem convocat.* Üblicher wäre: *contionem advocavit.*

2. *citavit*] gleichwie in den Gerichtsversammlungen ein *praeco* die Beklagten vorlud.

3. *tum*] Vgl. Kap. 6, 12 und § 10 *tunc.*

regia potestas] Im Anfange der Republik hatten die Konsuln beinahe die gleiche Macht, wie ehemals die Könige; durch die Provokation, die Intercession der Volkstribunen, die Ablösung einzelner Geschäftskreise bei Einführung der Censur und Prätur war sie nun schon beträchtlich vermindert worden.

praetores] Das Asyndeton enumerativum bei nur zwei Gliedern ist selten und findet sich namentlich in lebhafter Rede.

dicto audientem esse] Zu dieser Redensart setzt Livius sonst einen Dativ (**1**, 41, 5; **4**, 26, 9; **29**, 20, 11); derselbe (näml. *dictatori*) ist also hier aus dem Zusammenhang zu ergänzen (wie Caes. b. G. **1**, 39, 7 und 40, 12).

4 dientem esse? itemque illud interrogo, cum me incertis au-
spiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis reli-
gionibus res publica in discrimen committenda fuerit, an
5 auspicia repetenda, ne quid dubiis dis agerem? simul illud,
quae dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit,
num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? sed
quid ego haec interrogo, cum, si ego tacitus abissem, tamen
tibi ad voluntatis interpretationem meae dirigenda tua sen-
6 tentia fuerit? quin tu respondes, vetuerimne te quicquam rei
me absente agere, vetuerimne signa cum hostibus conferre?
7 quo tu imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis reli-
gionibus adversus morem militarem disciplinamque maiorum
8 et numen deorum ausus es cum hoste confligere. ad haec,
quae interrogatus es, responde; at extra ea cave vocem mittas.
accede, lictor.'

9 Adversus quae singula cum respondere haud facile esset
et nunc quereretur eundem accusatorem capitis sui ac iu-
dicem esse, modo vitam sibi eripi citius quam gloriam rerum
10 gestarum posse vociferaretur purgaretque se invicem atque
ultro accusaret, tunc Papirius redintegrata ira spoliari ma-
11 gistrum equitum ac virgas et secures expediri iussit. Fabius
fidem militum implorans lacerantibus vestem lictoribus ad tria-
rios tumultum *ultima* in contione miscentes sese recepit.

12 Inde clamor in totam contionem est perlatus. alibi preces,

5. *simul illud*] scil. *interrogo.*

religio] religiöse Furcht, Bedenklichkeit (Kap. 9, 13).

ad rem gerendam] Statt eines Nebensatzes mit *quominus* oder *ne* findet sich bei den Ausdrücken des Hinderns bisweilen *ad* mit dem Gerundium oder Gerundivum (Cic. p. Rosc. Am. 149; Caes. **7,** 26, 3; Liv. **33,** 6, 7 und **40,** 33, 6).

tamen etc.] Der Reiteroberst hatte unter allen Umständen seine Absichten zu richten nach dem Willen des Diktators, wie er sich denselben auslegte; aus dem Zwecke der Reise des Papirius aber konnte Fabius entnehmen, dafs bis zur Rückkehr desselben nichts unternommen werden solle.

6. *quin*] Fragen mit *quin* ('warum nicht') dienen zum Ausdruck einer lebhaften Aufforderung (**1,** 45, 6 u. 57, 7; **7,** 40, 18 u. a.).

signa... conferre] Vgl. Kap. 7, 6.

numen] 'den Willen' der Götter, welcher sich in den Auspizien ausgesprochen hatte.

8. *accede, lictor*] Damit wird die Verhaftung des Angeklagten befohlen.

9. *adversus quae*] Vgl. Kap. 2, 12.

nunc...modo] gesuchter Wechsel des Ausdrucks statt *nunc...nunc* oder *modo...modo.*

quereretur] Das Subjekt ('er') ergiebt sich leicht aus dem Zusammenhang.

citius] zuweilen im Sinne von *potius* (**5,** 24, 9; **24,** 3, 12; **35,** 31, 16).

10. *ultro*] 'obendrein', vom aktiven Vorgehen, wo man ein passives Verhalten erwartete.

accusaret] scil. *dictatorem;* über seine Rechtfertigung hinausgehend, griff er den Papirius an, wie in Kap. 31.

expediri] 'herauszunehmen', aus den mit roten Riemen umwundenen Fascen.

alibi minae audiebantur. qui proximi forte tribunali steterant,
quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant,
ut parceret magistro equitum neu cum eo exercitum dam-
naret; extrema contio et circa Fabium globus increpabant 13
inclementem dictatorem nec procul seditione aberant. ne tri-
bunal quidem satis quietum erat; legati circumstantes sellam 14
orabant, ut rem in posterum diem differret et irae suae
spatium et consilio tempus daret: satis castigatam adule- 15
scentiam Fabii esse, satis deformatam victoriam; ne ad ex-
tremum finem supplicii tenderet, neu unico iuveni, neu patri
eius, clarissimo viro, neu Fabiae genti eam iniungeret igno-
miniam. cum parum precibus, parum causa proficerent, in- 16
tueri saevientem contionem iubebant: ita irritatis militum
animis subdere ignem ac materiam seditioni non esse aetatis,
non prudentiae eius. neminem id Q. Fabio poenam depre- 17
canti suam vitio versurum, sed dictatori, si occaecatus ira in-
festam multitudinem in se pravo certamine movisset. postre- 18
mo, ne id se gratiae dare Q. Fabii crederet, se ius iurandum
dare paratos esse non videri e re publica in Q. Fabium eo
tempore animadverti.

His vocibus cum in se magis incitarent dictatorem quam 33
magistro equitum placarent, iussi de tribunali descendere legati;
et silentio nequiquam per praeconem temptato, *cum* prae stre- 2
pitu ac tumultu nec ipsius dictatoris nec apparitorum eius vox
audiretur, nox velut in proelio certamini finem fecit.

Magister equitum, iussus postero die adesse, cum omnes 3
adfirmarent infestius Papirium exarsurum, agitatum conten-
tione ipsa exacerbatumque, clam ex castris Romam profugit;

12. *steterant*] = *constiterant, stabant,* wie 7, 23, 7.

13. *procul seditione*] Vgl. Kap. 24, 3.

14. *legati*] Livius denkt sich, dafs der Oberfeldherr von mehreren ständigen Unterfeldherrn begleitet war, welche im Range über den Kriegstribunen standen (Kap. 34, 7).

15. *castigatam*] Der heftige Tadel und die Drohungen des Diktators waren für den Reiteroberst bereits eine schwere Strafe.

ne...tenderet] er möge nicht auf den äufsersten Grad von Strafe dringen, nicht auf der höchsten Strafe, der Hinrichtung, bestehen.

unico] Vgl. Kap. 31, 5.

patri] Sein Vater M. Fabius Ambustus war 360, 356 und 354 Konsul, 351 Diktator gewesen (vgl. Kap. 33, 4); er war damals *princeps senatus* (Plin. n. h. 7, 133).

16. *causa*] durch die Sache, den Sachverhalt, die Begründung.

subdere...seditioni] dem Aufruhr Feuer und Brennstoff entgegenzubringen.

eius] = *dictatoris.*

18. *gratiae alicuius do aliquid,* ich räume der Freundschaft für jemanden etwas ein, bin jemandem gefällig mit etwas. Vgl. 4, 11, 6 *quod nihil gratiae cuiusquam dederant.*

e re publica] Vgl. Kap. 4, 12.

33. 3. *adesse*] sich zu stellen, zu erscheinen.

contentione] Streit, Wortwechsel (§ 5).

4 et patre auctore M. Fabio, qui ter iam consul dictatorque
fuerat, vocato extemplo senatu cum maxime conquereretur
apud patres vim atque iniuriam dictatoris, repente strepitus
5 ante curiam lictorum submoventium auditur; et ipse infensus
aderat, postquam comperit profectum ex castris, cum expedito
equitatu secutus. iterata deinde contentio, et prendi Fabium
6 Papirius iussit. ubi cum deprecantibus primoribus patrum
atque universo senatu perstaret in incepto immitis animus,
7 tum pater M. Fabius 'Quando quidem' inquit 'apud te nec
auctoritas senatus nec aetas mea, cui orbitatem paras, nec
virtus nobilitasque magistri equitum a te ipso nominati valet,
nec preces, quae saepe hostem mitigavere, quae deorum iras
8 placant, tribunos plebis appello et provoco ad populum, eumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium, iudicem fero, qui certe unus plus quam tua dictatura potest polletque. videro, cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit'.

9 Ex curia in contionem itur. quo cum paucis dictator,

4. *vocato senatu*] das älteste Beispiel, dafs ein Reiteroberst sich für befugt hielt, den Senat zusammenzurufen. Ein zweites findet sich 110 Jahre später (**23,** 25, 2).

cum maxime] Zu dem temporalen *cum* tritt zuweilen *maxime* (eben, gerade) hinzu, um den Zeitpunkt der Haupthandlung schärfer zu bezeichnen (**2,** 59, 7; **3,** 31, 3; **4,** 3, 1 u. a.).

submoventium] ohne ein Objekt (scil. *populum;* vgl. Kap. 18, 9), 'Platz machen'.

6. *ubi*] = *ibi,* da, bei dieser Gelegenheit.

universo] nachdrücklicher als *reliquo.*

immitis an.] der Hartherzige.

7. *tum*] Vgl. Kap. 6, 12.

orbitatem] 'Kinderlosigkeit'. Demnach war der Kap. 38, 1 genannte Reiteroberst M. Fabius Ambustus nicht ein Sohn desselben.

provoco] Er beruft sich für den Sohn an das Volk vermöge seiner *patria potestas.*

8. *fugienti*] Der Diktator scheut das Urteil des Heeres und Senates, sucht ihm zu entgehen (vgl. **6,** 27, 6).

fero] 'biete an, stelle'; ebenso in Verbindung mit *iudicem* **3,** 24, 5 u. 57, 5. Das Volk soll als oberste Instanz die vom Diktator ausgesprochene Strafe aufheben und den Reiteroberst begnadigen.

unus] schon allein, auch ohne das Heer und den Senat.

potest polletque] Vgl. Kap. 7, 5.

videro] 'ich will zusehen', im älteren Latein (bei Plautus, Terenz, Cicero) oft statt *videbo* gebraucht. Vgl. Kap. 35, 7.

cessurusne . . . sis] Der Ausdruck deutet an, dafs der Diktator vielleicht die Pflicht, sich der Berufung an das Volk zu unterziehen, bestreite. Bisher galt der Satz, dafs gegen das Urteil eines Diktators keine Provokation stattfinden könne (vgl. **4,** 13, 11); auch giebt es kein zweites Beispiel davon, dafs sie versucht wurde. Zudem war die Sache hier schwierig für Fabius, weil er gegen die militärische Disciplin gefehlt hatte und bei solchen Vergehen auch gegen die von den Konsuln verhängten Strafen ein Davonlaufen und eine Berufung an das Volk nicht gestattet war.

cessit] Vgl. **1,** 26, 8.

9. *in contionem*] Damit es sich zeige, ob die Volkstribunen und das Volk geneigt seien, sich der Sache des Fabius anzunehmen, wird auf dem Comitium eine Contio gehalten; ein förmlicher Entscheid

cum omni agmine principum magister equitum *cum* escen-
disset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem
iussit. secutus pater 'Bene agis' inquit, 'cum eo nos deduci 10
iussisti, unde et privati vocem mittere possemus'. ibi primo
non tam perpetuae orationes quam altercatio exaudiebatur.
vicit deinde strepitum vox et indignatio Fabii senis increpantis 11
superbiam crudelitatemque Papirii:

Se quoque dictatorem Romae fuisse, nec a se quemquam, 12
ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem
violatum; Papirium, tamquam ex hostium ducibus, sic ex Ro- 13
mano imperatore victoriam et triumphum petere. quantum
interesse inter moderationem antiquorum et novam super-
biam crudelitatemque! dictatorem Quinctium Cincinnatum in 14
L. Minucium consulem ex obsidione a se ereptum non ultra
saevisse, quam ut legatum eum ad exercitum pro consule re-
linqueret. M. Furium Camillum in L. Furio, qui contempta 15
sua senectute et auctoritate foedissimo cum eventu pugnasset,

des Volkes dagegen hätte nur in Centuriatcomitien auf dem Marsfeld gefafst werden können.

escendisset] 'sich begeben hatte'. *in contionem escendit* (2, 7, 7; 3, 49, 4; 5, 50, 8) wird von dem Beamten gebraucht, welcher auf einen erhöhten Punkt des Comitiums hinansteigt, um zum Volke zu sprechen.

iussit] Der Reiteroberst glaubt, er dürfe als Beamter von der Rednerbühne aus zum Volke sprechen; der Diktator aber behandelt ihn, wie einen gewöhnlichen Angeklagten.

10. *bene agis*] ironisch.

cum] nach *bene agis* statt *quod* gesetzt, mit Indik., 'dafs'.

altercatio] 'Wechselrede, Wortwechsel', kurze Reden und Gegenreden im Gegensatz zu den zusammenhängenden Reden. Vgl. 4, 6, 1 *cum res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset.*

11. *vicit strepitum*] überwand das Getöse, schaffte sich in dem Lärm Gehör.

12. *Romae*] nicht im Felde. Fabius war 351 v. Chr. Diktator, *nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur* (7, 22, 10), konnte jedoch die Wahl eines plebejischen Konsuls nicht verhindern.

13. *antiquorum . . . novam*] Wechsel der Form, weil der Redende an mehrere Alte gegenüber dem einen Papirius denkt.

14. 458 v. Chr. liefs sich der ängstliche Konsul L. Minucius von den Äquern auf dem Algidus einschliefsen. Da wurde Cincinnatus zum Diktator ernannt und befreite ihn. Auf seinen Befehl legte Minucius das Konsulat nieder und blieb als Legat beim Heere, bis von Rom ein Nachfolger ankam. Vgl. 3, 26, 3 fg.

15. *in L. Furio*] Ähnlich ist *in* gebraucht Kap. 25, 6 und 31, 7.

sua] Man erwartet *eius*. Vgl. Kap. 35, 1.

pugnasset] Für das Jahr 381 v. Chr. wurde der greise Camillus zum Konsulartribun gewählt, um ein Heer gegen die Volsker zu führen. Durch das Los wurde ihm einer seiner fünf Kollegen, L. Furius, als Gehülfe beigegeben. Dieser begann trotz der Abmahnung des Camillus eine Schlacht und unterlag. Als die Römer schon flohen, stellte sich Camillus mit der Reserve den Feinden entgegen, bewog die Fliehenden zur Umkehr und gewann den Sieg. Bald nachher wurde Camillus gegen Tusculum geschickt und erbat sich eben diesen L. Furius als Gehülfen. Vgl. 6, 22, 5 fg.

non solum in praesentia moderatum irae esse, ne quid de
16 collega secus populo aut senatui scriberet, sed, cum revertisset, potissimum ex tribunis consularibus habuisse, quem
ex collegis, optione ab senatu data, socium sibi imperii de-
17 ligeret. nam populi quidem, penes quem potestas omnium
rerum esset, ne iram quidem umquam atrociorem fuisse in
eos, qui temeritate atque inscitia exercitus amisissent, quam
ut pecunia eos multaret; capite anquisitum ob rem bello male
18 gestam de imperatore nullo ad eam diem esse. nunc duci-
bus populi Romani, quae ne victis quidem bello fas fuerit,
virgas et secures victoribus et iustissimos meritis triumphos
19 intentari. quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si
exercitum amisisset, si fusus, fugatus, castris exutus fuisset?
quo ultra iram violentiamque eius excessuram fuisse, quam
20 ut verberaret necaretque? quam conveniens esse, propter
Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus ac
21 gratulationibus esse, eum, propter quem deum delubra pateant,
arae sacrificiis fument, honore, donis cumulentur, nudatum
virgis lacerari in conspectu populi Romani, intuentem Capito-
lium atque arcem deosque ab se duobus proeliis haud frustra
22 advocatos? quo id animo exercitum, qui eius ductu auspiciis-
que vicisset, laturum? quem luctum in castris Romanis, quam
laetitiam inter hostes fore?

in praesentia] Vgl. Kap. 7, 22.

quid secus] etwas Nachteiliges.

populo] Camillus hätte sich an die Ädilen oder Volkstribunen wenden können, damit L. Furius vor das Volksgericht gezogen und bestraft würde (vgl. § 17).

16. *potissimum*] Livius gebraucht diesen Superlativ zuerst in der Prosa von Personen (**5**, 12, 12; **22**, 7, 4).

17. *nam*] Begründung eines ausgelassenen Gedankens: Ebenso verfuhr das Volk stets mit Mäßsigung; denn etc.

multaret] So wurde 476 v. Chr. T. Menenius Agrippa mit 2000 Assen gebüßst (**2**, 52, 5), 420 v. Chr. C. Sempronius mit 15000 Assen.

capite] 'Auf ein Kapitalvergehen untersuchen' heißst *capitis anquirere* (**2**, 52, 5) oder *capite anquirere* (**26**, 3, 6).

capite...esse] Gegen T. Menenius hatten allerdings die Volkstribunen eine Kapitalklage erhoben; aber nachdem das Volk ihn schuldig erklärt hatte, begnügten sie sich mit einer kleinen Geldstrafe.

18. *quae*] scil. *intentari.* Das Neutrum *quae* steht verallgemeinernd statt *quas.*

victis] bedingend, = *ducibus, si victi essent.*

fas fuerit] direkt: *fas fuit,* 'erlaubt gewesen wäre'.

19. *fuisset*] = *esset.* Vgl. Kap. 2, 5.

20. *victoria*] 'Siegesfeier', Grund zu *laetitia.*

gratulationibus] 'Glückwünschungen, Freudenfeste', Bestimmung zu *supplicationibus,* 'Gebetfeste', welche auch bei traurigen Anlässen stattfinden konnten.

21. *eum*] Asyndeton adversativum. Im Deutschen tritt eine Konjunktion hinzu ('und, aber') oder der erste Teil wird untergeordnet.

duobus proeliis] Nach Kap. 30, 7 ist dies zweifelhaft.

22. *quo id animo*] statt *quo animo id,* weil der Lateiner die Pronomina gern zusammenstellt.

Haec simul iurgans, querens, deum hominumque fidem 23
obtestans et complexus filium plurimis cum lacrimis agebat.
Stabat cum eo senatus maiestas, favor populi, tribunicium 34
auxilium, memoria absentis exercitus. ex parte altera im- 2
perium invictum populi Romani et disciplina rei militaris et
dictatoris edictum pro numine semper observatum et Manliana
imperia et posthabita filii caritas publicae utilitati iacta-
bantur: Hoc etiam L. Brutum, conditorem Romanae libertatis, 3
antea in duobus liberis fecisse; nunc patres comes et senes
faciles de alieno imperio spreto, tamquam rei parvae, disci-
plinae militaris eversae iuventuti gratiam facere. se tamen per- 4
staturum in incepto nec ei, qui adversus dictum suum tur-
batis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset, quicquam ex
iusta poena remissurum. maiestas imperii perpetuane esset, 5
non esse in sua potestate; L. Papirium nihil eius deminu- 6
turum. optare, ne potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet
intercessione sua Romanum imperium, neu populus in se po-
tissimum dictatore ius dictaturae exstinguat. quod si fecisset, 7
non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi iudicium
nequiquam posteros accusaturos, cum polluta semel militari

23. *simul*] pleonastisch zugesetzt, um die Gleichzeitigkeit der Vorwürfe, Klagen und Bitten hervorzuheben.

et] 'und dabei', mit *simul* korrespondierend.

complexus] mit dem Sinne eines Part. Präs., 'umfaſst haltend'.

34. 2. *imperium invictum*] 'die unüberwindliche, unantastbare Staatsgewalt' (§ 5), welche im Diktator verkörpert, vom Reiteroberst verletzt sei.

pro numine] wie ein Götterwink, ein göttliches Machtgebot.

Manliana imperia] Vgl. Kap. 7, 22.

posthabita] scil. *a Manlio.*

3. *hoc... fecisse*] = *filiorum caritatem publicae utilitati posthabuisse.*

faciles de] nachsichtig bei.

tamquam rei parvae] vorangestellte Apposition zu *disciplinae militaris eversae.*

gratiam facere] c. gen., 'zugute halten, verzeihen' (**3**, 56, 4).

4. *se*] der Diktator, welcher also durch § 2 *ex parte altera... iactabantur* als redend bezeichnet wird.

dictum] Ebenso **22**, 25, 13 *quod contra dictum suum pugnasset.* Dieses 'Gebot' war dem Reiteroberst persönlich erteilt, nicht öffentlich bekannt gemacht worden (Kap. 30, 2); daher wird es richtiger ein *dictum* (Kap. 4, 2) genannt als ein *edictum* (Kap. 35, 5).

5. *esset*] im Sinne von *futura esset.* Vgl. Kap. 35, 4.

6. *nihil eius*] nichts, was zu derselben gehöre; kein Recht, keine Befugnis derselben.

intercessione sua] näml. gegen die Hinrichtung des Reiterobersten.

in se dictatore] in seiner Person, während er Diktator sei.

exstinguat] Die Stelle zeigt, daſs Intercession und Provokation gegen einen Diktator bisher noch nicht angewendet worden waren; Papirius warnt vor Einführung derselben und verlangt, daſs der gemachte Versuch vom Volke zurückgewiesen werde.

7. *sed*] nach voraufgehender Negation wiederholt, um beide Objekte nachdrücklicher hervorzuheben, als es durch eine Verbindung derselben mit *et* geschehen würde. Diese Wiederholung des *sed* findet sich auch **24**, 14, 8 und zuweilen bei Cicero (Verr. 3, 72; p. Caec. 21), Ovid, Tacitus.

disciplina non miles centurionis, non centurio tribuni, non
tribunus legati, non legatus consulis, non magister equitum
8 dictatoris pareat imperio, nemo hominum, nemo deorum vere-
cundiam habeat, non edicta imperatorum, non auspicia ob-
9 serventur, sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico
errent, immemores sacramenti licentia sola se, ubi velint,
10 exauctorent, infrequentia deserantur signa neque conveniatur
ad edictum nec discernatur, interdiu nocte, aequo iniquo loco,
iussu iniussu imperatoris pugnent, et non signa, non ordines
servent, latrocinii modo caeca et fortuita pro sollemni et sa-
11 crata militia sit. 'Horum criminum vos reos in omnia sae-
cula offerte, tribuni plebi, vestra obnoxia capita pro licentia
Q. Fabii obicite'.

35 Stupentes tribunos et suam iam vicem magis anxios quam
eius, cui auxilium ab se petebatur, liberavit onere consensus

disciplina] Mit der Schwächung der Macht des Diktators wird auch die Kriegszucht, welche nur durch einen strengen Oberbefehl aufrecht erhalten werden kann, gefährdet; sie ist verletzt, sobald der Ungehorsam des Fabius beim Volke Schutz findet.

9. *commeatu*] Urlaub.

in hostico] ohne *agro* (vgl. **44**, 13, 1), vom substantivierten Neutrum *hosticum;* ebenso Kap. 38, 2 und **6**, 31, 7. Diesem entsprechend ist hier auch *pacatum* (Freundesland) substantiviert, was sich sonst bei Livius nicht findet.

licentia sola] aus bloſser Zügellosigkeit, ohne ernstliche Gründe.

exauctorent] verabschieden, aus dem Dienst entlassen.

infrequentia] proleptisch, indem die Fahnen erst durch die Desertion verwaist werden. Vgl. **10**, 20, 8 *infrequentia armatis signa.*

